







<36610195680017

NOVA
SUBSIDIA DIPLOMATICA
AD
SELECTA JURIS
ECCLESIASTICI GERMANIAE
ET
HISTORIARUM CAPITA ELUCIDANDA

CONGESSIT ET EDIDIT


STEPHANUS ALEXANDER WÜRDTWEIN

EPISCOPUS HELIOPOLENSIS SUFFRAGANEUS WORMAT.

TOMUS QUARTUS.



HEIDELBERGAE,
SUMTIBUS TOBIAE GOEBHARDT,
MDCCLXXXIV.





AMICO LECTORI SALUTEM!

Contra-ſigneta, † huic Tomo IV. inſerta ſpeciali attentione digna ſunt, praeſertim illud *Wernheri*, in quo Rota Moguntina

† Contra-ſignetum, (1) Contra-ſigillum, (2) ſecretum, (3) ſigillum ſecreti (4) hic ſignificationis ejusdem ſunt. (5)

(1) Inter *ſtatuta S. Capellae Pariſienſis* an. 1098. proviſio de contra-ſigneto hujus tenoris recenſetur: *Extitit per eos concorditer ordinatum, videlicet, quod unum fiet parvum ſignetum nuncupandum contraſignetum ſacrae Capellae, quo in omnibus & ſingulis finantiarum litteris &c. deinceps utetur & litteris & contractibus eisdem una cum praefati dictae Sacrae Capellae appenſione ſigilli affigetur.*

(2) Hoc nomine, litteris omnibus expreſſis *Contra-ſigillum;* ſubin per abbreviationem contra-ſig. &c. in ipſa epigraphe vocatur. vid. *nouveau Traité de Diplom. T. II. p.* 679. *Du Freſne in Gloſſario* ſub voce *ſigillum* ait: Dicitur interdum *contra-ſigillum* in probat. *Hiſt. Guinenſis p.* 398. 535. *Caſtilionenſis p.* 35. 95. *Montmorenc. p.* 105. *&c. Charta Henrici de Vergiaco ſeneſcalli Burgundiae an.* 1246. *Quia aliud ſigillum tunc non habebam,*

tina cum octo radijs vel potius crux duplicata circulo inclusa a sculptoribus, pictoribus alijs-

bam, contra-sigillo meo, quo utebar pro sigillo, praesentes litteras feci sigillari, promittens per praestitum juramentum, quod quotiescumque sigillum authenticum habuero, praesentes litteras vel similes de ipso faciam sigillari.

(3) In Sigillo *Gerhardi* Archiep. Mog. de an. 1253. primum apparet contra sigillum cum epigraphe: † SECRETUM GERHARDI ARCHIEPI MAG. In sigillo *Wernheri* de an. 1264. contra sigillo inscriptum est: † S. WERN. ARCHIEPI MAGUNT. Inscriptio contra-sigilli in sigillo *Gerhardi* de an. 1295. haec est: † SECRETUM G. ARCHIEPI: MOGN. Apud *Aubertum Miraeum in Diplom. Belgic.* c. 89. charta extat *Henrici IV.* Imp. an. 1056. pro Ecclesia *Nivallensi*, in qua legitur: *Henricus . . Nivialensis Ecclesia Francorum regno finitima permaximas calamitates saepe sustinuit: quod pater meus Henricus III. Imp. animo indoluit, adeo ut in consecratione, quam ad adventum suum reservari jusserat, praesentem se exhibens, pignora sacratissimae Virginis Gertrudis proprijs humeris sanctuario importaret, locumque donis imperialibus exornans, de rebus ejusdem Ecclesiae praeceptum faceret, quodque specialis dilectionis indicium est, non communi illud sigillo, sed secreto suo signaret.* Adde chartam *Burkardi* Archi-Episcopi Magdeburgensis apud *Mencken S. R. Germ. T. III. p.* 664. ubi: Et *quia sigillo nostro ad praesens caremus, secreto sigillo nostro in praesentibus usi sumus* an. 1310.

(4) *Secretum sigilli* exprimitur in probat. *Hist. Guinensis. p.* 522. in probat. *Hist. Castilionensis p.* 198. *sigil-*

alijsque artificibus in rotae figuram tandem efformata primo apparet. *)

A

figillum fecreti mei. in probat. *Hiftor. Caftilion. p.* 66. 164.

(5) *Contra figillum, Contra fignetum &c.* nil aliud eft, nifi figillum minus tergo figilli Majoris impreffum. In diplomate *Adolfi* Archi Ep. Mog. apud *Senckenberg in Floribus fparfis de Auftraegis pag.* 108. dicitur: urkunde difes brieffs verfiegelt mit unferm zurucke uffgedruckten ingefigel. Datum *Eltvil* uff Montag Sant *Andreas* dag. Anno &c. LX primo. Adhibebantur autem, pro majori fide & fecuritate diplomati concilianda. Interdum tamen etiam contra figillum primarij five Majoris figilli vices fupplevit, ut fupra vidimus. Notat infuper *Honthemius Hift. Trevir. Dipl. Tom. I. p.* 838. quod contra figillum, quod fecretum quoque nominant & *Clavem* fubin nuncupatum fuiffe legerit.

*) Hic obfervare oportet, quod 1) Crux commune Epifcoporum infigne a temporibus antiquiffimis jam fuerit, id quod faepiffime obfervare licuit in fubfcriptionibus Conciliorum, ubi Epifcopus fubfcribens primo plerumque pofuit crucem, dein fuum nomen & Ecclefiae fuae, addita voce: *fubfcripfi.* 2) Crux multarum adhuc infigne fit Ecclefiarum Cathedralium nempe: *Trevirenfis, Colonienfis, Rigenfis, Paderbornenfis, Lubecenfis, Spirenfis, Havelbergenfis, Virodunenfis, Conftantienfis, Merfeburgenfis, Fuldenfis &c.* 3) Infignia nummis prius dein figillis fuerint infculpta. 4) In nummis Moguntinis tempore Carolingicorum cufis crux appareat. 5) extent nummi crucibus fignati, e quarum quatuor angulis radij exeunt,

 rotas

A *Willigiso* usque ad *Wernerum* trecenti effluxere anni & nullum rotae vestigium in sigillis.

rotas radiorum octo efformantes; 6) extent quoque nummi radiorum sex, quinque & quatuor. vid. *Georg Gottlieb Plato Schreiben an H. V. Berberich nebst drey Kupfertafeln. Regensburg* 1765.

Plures fortasse *Rotam* certa Ecclesiae Moguntinae insignia esse existimantes in errorem ducti in eoque confirmati sunt ex visis rotis structurae Chori Metropolitanae versus Ecclesiam *S. joannis*, aream funerum (Leich-hof) & curiam Episcopalem (Bischoff-hof) aevo *Willigisi* applicatis. sed, hi sciant, quod ejusmodi structurae templorum aliorumque aedificiorum publicorum opere, ut vocant, Gothico erectae extent quam plurimae in Italia, Gallia, Belgio & Germania, in quibus ornatus ergo conspiciuntur tales rotae, praesertim in summitatibus fenestrarum, frontispiciorum murorumque lateralium in acumina desinentium &c. quin quis sinistri quidpiam cogitet aut inde falsam deducat sequelam.

Fabula, quod *Willigisus* fuerit Carpentarij filius, authorem habet *Siffridum* presbyterum saeculi XIV. scriptorem. Is forte legit, *Willigisum* humili prosapia natum, is quoque vidit rotas in structura Chori Metropolitani, & subito conclusit, quod pater *Willigisi* fuerit hamaxurgus. Huic fabulae penitus explosae jam non immoramur, sed solummodo addimus; humilem *Willigisi* prosapiam respectu antecessorum in Cathedra Moguntina esse intelligendam, quam nempe tenuerunt ab Annis quadraginta vel Comitum vel Ducum vel Regum sanguine procreati.

Lon-



ſigillis deprehendimus. *Werneri* anteceſſor *Gerhardus* primus in contra ſigneto poſuit Eccleſiae Moguntinae patronum *S. Martinum.*

Nunc demum durante ſic dicto fatali Germaniae interregno, cum *Richardus* Rex Romano-

Longius in hac re nunc non morabimur ſuo die ex ſilentio ſcriptorum *Wiligiſo* coaevorum probaturi, quod *Siffridus* presbiter, *Trithemius* & *Serrarius* falſa narraverint.

Interim legi meretur *Chriſtoph. Frid. Ayrmanni Commentatio de Rota Moguntini Archi Epiſcopatus inſigni. Gieſſae* 1745.

Haec dum ſcribuntur, nova affertur conjectura de origine Rotae Moguntinae a *P. Joſepho Fuchs in der alten Geſchichte von Maintz zweiten band p.* 106. (Tomus hic usque pag. 382. impreſſus quidem, ſed necdum completus nec publici juris factus eſt.) Memorat loc. cit. quod effoſſi fuerint lapides lateritij Legionum XIV. & XXII. rota inſigniti, prout illos aeri inciſos exhibet & inde deducit, quod rota ſit ſigillum Caſtri Veteris *Maguntiaci,* pag. 109. aſſumpta dein pro inſigni Archiepiſcopatus Moguntini &c. Contendit etiam reperiri numismata &c. ſec. IX. Archiepiſcopalia, in quibus rota occurrat &c. Sed, aſſerta haec ſunt; quae ut ſolide comprobentur producendo numiſma ſaeculi IX. inſignitum rota, mecum exoptant omnes Hiſtoriae cultores. Scimus abunde, dari lapides varijs figuris pro varietate Legionum aut operariorum notatos; has autem figuras venditare pro Caſtrorum ſigillis; inconſultum foret ni temerarium &c.

manorum cum uxore sua (*Werneri* nostri sorore) in Angliam rediens affinem suum Archipraesulem Moguntinum constituisset Regni Vicarium, hic primus sigillo inseruit Ecclesiae Moguntinae insignia.

Nunc ad alterum *Christiani* Archi Episcopi Moguntini sigillum quod reperitur in documento montis *S. Ruperti* sub N. III. quo bona hujus monasterij pronuntiantur libera & in specialem protectionem suscipiuntur.

Repraesentatur ibi Archi Episcopus mitra & pallio ornatus, dextra pedum, sinistra librum apertum tenens. Inscriptum sigillo est: † CHRISTIANUS DEI GRA SCE MAGUNTINE SEDIS ARCHI EPS.

Documenta *Christiani* residua subjungimus:

I. *Christianus II.* Ecclesiae collegiatae *S. Joannis* concedit immunitatem ab exactione de bonis in *Olmena superiore. desinit*: Datum *Maguncie* Anno Domini MCCXLIX. V. nonas Octobris. Chartae huic, licet nulla sigilli in ea fiat mentio, adpendet illud, quod supra exhibuimus. *Joannis* Tom. II. pag. 700.

II. *Christianus II.* concedit exemptionem Universitati in *Hagen* a jure & onere Advocato-

cato-

catorum. *finis:* In cujus facti memoriam damus vobis has litteras ſigilli noſtri munimine roboratas. Datum *Aſchaffinburg* Kal. Novembris anno Domini MCCXLIX. *de Gudenus* Tom. I. p. 608.

III. Idem bona monaſterij montis *S. Ruperti* libera pronuntiat & in ſpecialem protectionem ſuſcipit. *finis:* Datum *Pinguie* XVI. Kal. Martij Pontificatus noſtri anno primo. ex Impreſſo hujus Monaſterij cum Originali collato.

IV. Charta *Chriſtiani* Archiep. quod curia *de lapide* poſſit altius aedificari. *deſinit:* Actum Anno Domini MCCL. VII. Kal. Octobris Pontificatus noſtri anno ſecundo. *de Gudenus* Tom. I. p. 612.

V. *Chriſtiani* Archiep. in augmentum praebendarum Majoris Eccleſiae pia liberalitas. *deſinit:* Ut autem hec noſtra collatio robur obtineat perpetue firmitatis, preſentem litteram ſigillo noſtro duximus muniendam. Datum *Maguntie* Anno Domini MCCLI. Idus Maji. Pontificatus noſtri anno ſecundo. *de Gudenus* Tom. I. p. 616.

VI. *Ejusdem* charta ſuper Archipresbyteratu in *Pinguia. explicit:* Ut autem hec

prehabita robur obtineant firmitatis, noſtro, Capituli noſtri & *johannis* Prepoſiti ſupradicti ſigillis litteras has preſentes duximus roborandas. Datum *Maguncie* Anno M.CC.LI. IIII. non. junij. Pontificatus noſtri anno ſecundo. *de Gudenus* Tom. III. p. 1116.

VII. *Ejusdem* Ordinatio: qualiter Decanus Major in publicis ſtationibus punire habeat abſentes. *finis*: Preſentem cedulam noſtri ſigilli munimine . . duximus roborandam. Actum *Maguntie* Anno Domini MCCLI. *de Gudenus* Tom. I. p. 613.

XIX.

SIGILLUM *GERHARDI I.*
ARCHIEP. MOG.
ab an. MCCLI – MCCLIX.

Documentum, cui Sigillum *Gerhardi* hic delineatum ſiſtitur, ſub nro. I. in extenſo damus. Sedet Electus mitra ornatus, pallio necdum decoratus pedum dextra, librum apertum ſiniſtra tenens. Inſcriptum eſt ſigillo: † GERHARD. DI. GRA. SCE. MAGUNT. SEDIS. ELECTUS. ET CONSECRATUS. ex parte averſa primum cernimus contra-ſig-

netum

netum *) exhibens *S. Martinum* **) equo insidentem, pauperi adgeniculanti dimidium chla-

*) Contra signetum sive contra sigillum est sigillum sigillo ex adverso oppositum; vocatur etiam sigillum secretum aut sigillum secreti. Sunt, qui contra signetis annumerant illas sigillorum cavitates a tergo conspicuas, extremitate pollicis cerae molli impressas, quas praesertim in sigillis figurae ovalis seculorum XIII. XIV. & XV. saepe observare licuit, id quod penitius indagari meretur.

De his contra-signetis *Dictionnaire raisonné de Diplomatique T. I. p.* 289. M. *le Moine* pretend que les marques de pouce enfoncés un peu plus qu'a fleur dans l'envers d'un grand sceau de Cire encore fraiche & molle servirent quelque fois de contre-scel; que le nombre de ces enfoncements ne fut point arbitraire & que le sceau de *Thomas de Bourlemont* Eveque *de Toul* de l'an 1331. portant au revers cinq cavités, offre un de plus anciens contre scels de cette nouvelle espece. Pour prouver que ces marques de pouce n'etoint arbitraires, il rapporte trois sceaux pendants à un meme acte, dont le plus honorable porte en forme de Contre-scel deux empreintes de pouces, celui qui le suit dans l'ordre de dignité n'en offre qu'une; & le troisieme qui est d'un Prieur Conventuel n'en porte aucune. *Dipl. pratiqu. p.* 88.

Primum Contra-signetum Trevirense in sigillo *Dietheri a Nassovia* Archi Episcopi ab an. 1300-1307. notavit *Honthemius Histor. Trevir. Dipl. Tom. II. pag.* 835. 837.

**) Ab antiquissimis temporibus Ecclesiae Moguntinae Patronus colebatur *S. Martinus* Turonensium Episcopus.

chlamydis porrigentem. Cum inſcriptione: † SECRETUM GERHARDI ARCHIEPISCOPI MAGUNTINI. infra circulum interiorem: S. MARTINUS E.

Inter Chartas Eccleſiae Collegiatae *B. M. Virginis ad Gradus* extat & aliud hujus Archi praeſulis ſigillum; ſedet ibi in Faldiſtorio mitra pallioque ornatus pedum dextra & librum apertum tenens ſiniſtra, ſcutulum cum littera G. ſupra pectus conſpicitur. Inſcriptio ſigilli eſt: † GERHARDUS DEI GRATIA SANCTE MAGUNTINE SEDIS ARCHI EPISCOPUS. Contra-ſignetum ſupra deſcripto quam ſimillimum eſt.

Chartas *Gerhardi I.* collegimus ſequentes.

I. De Obedientijs Eccleſiae Collegiatae Frideslarienſis =

Gerhardus Dei gratia ſancte Maguntine ſedis Archi Epiſcopus ſacri Imperij per Germaniam Archi-Cancellarius dilectis in Chriſto Decano & Capitulo *Eccleſie Frislarienſis* ſalutem in Domino. Licet auctoritate Conceſſionis

ſcopus. conferatur *Commentatio* noſtra *de Baptiſterio Moguntino pag.* 30. *ſeq.* addatur ſigillum *Mathiae* ſanctae Magunt. ſedis Electi., quod paulo infra ſumus exhibituri.

ſionis a ſede Apoſtolica tam nobis quam bone memorie Domino *Sifrido* & poſtmodum Domino *Chriſtiano* predeceſſoribus noſtris facte proventus illos Ecclesiae veſtre, quos Obediencias *) nuncupatis, expetiverimus a vobis tamquam Eccleſiaſtica beneficia per indultum nobis temporis ſpacium obtinendos, inſtructi tamen, quod ijdem redditus, etſi obedienciarum nomine appellentur, pocius ſalaria eorum, qui prebendas veſtras colligunt & miniſtrant, quam Eccleſiaſtici ſunt proventus, ecce reſpectu devocionis veſtre, quam circa nos frequencius experimur, hujusmodi cedimus queſtioni, reddentes vos per has noſtras litteras cerciores, quod diebus noſtris nullius occaſione indulgencie impetrate a ſede Apoſtolica vel etiam impetrande, prefatas a vobis obediencias expetemus, contenti, quod juxta tenorem conceſſionis Apoſtolice ſimplicium prebendarum, que jam vacant, vel ſi quas vacare in Eccleſia veſtra continget, percipere debeamus proventus. Cottidianis illis diſtribucionibus dumtaxat exceptis, que in Anniverſarijs defunctorum Canonicis tantum preſentibus exhibentur. Datum *Maguncie* Anno Domini Milleſimo CC°LII°. II. Kal. julij Pontificatus noſtri anno primo.

II.

*) Vid. *Subſidior. Diplom. Tom. X. pag.* 2.

II. *Gerhardi I.* Archi Episcopi Mog. traditio mansorum nomine feudi Castrensis & haereditarij. *explicit:* In testimonium hujus rei presentes litteras nostro & Capituli nostri sigillis duximus roborandas. Actum *Maguncie* Anno Domini MCCLII. XI. Kal. julij. Pontificatus nostri anno primo. *de Gudenus* Tom. I. pag. 928.

III. *Ejusdem:* de furto a duobus Canonicis juxta veterem rigorem Ecclesiasticum graviter punito. *finis:* Ea . . fecimus & nostri ac capituli nostri sigillorum munimine roborari. Datum *Maguncie* XIII. Kal. Februarij Anno Domini MCCLIII. Pontificatus nostri anno secundo. *de Gud.* Tom. I. pag. 628.

IV. Authoritate *Gerhardi* Archi Ep. Mog. dissensio inter cives Moguntinos & Dynastam de *Hohenfels* quoad Castrum *Weissenau* suborta componitur. *finis:* presentem litteram sigillo nostro duximus roborandam. Actum *Maguntie* Anno Domini MCCLIII. Pontificatus nostri anno primo. II. nonas februarij. *de Gud.* Tom. I. pag. 631.

V. De jure apothecarum ante atrium Ecclesiae Majoris. *terminatur:* Datum *Maguntie* Anno Domini MCCLIII. III. Idus Februa-

rij

rij Pontificatus nostri anno primo. *de Gudenus* Tom. I. pag. 632.

VI. Castrum *Starckenberg* Comiti Leiningensi a Castrensibus proditorie assignatum, qua ratione recuperatum fuerit? *finis:* Datum *Maguncie* Anno Domini MCCLIII. Idus Februarij. *de Gud.* Tom. I. pag. 633.

VII. *Gerhardi* Archiep. Mog. mandatum de coercendo per excommunicationem *Eppensteinio* pro illatis violentijs ac injurijs in homines villae *Birgstadt.* *explicit:* Datum *Seligenstadt* Anno Domini MCCLIII. VIII. Kal. Marcij. *de Gudenus* Tom. I. pag. 635.

VIII. Decimae Hechtsheimenses acquiruntur a Capitulo *B. M. V. ad Gradus* titulo permutationis erga curtim capellae in *Odernheim.* *finis:* Ea conscribi jussimus & nostri ac Capituli Maguntini nec non eorum, ad quos ea res pertinet, sigillorum munimine fecimus roborari. Acta sunt hec *Moguntie* . . Anno Domini MCCLIII. nono Kalendas Aprilis Pontificatus nostri anno primo. *joannis* Tom. II. pag. 657. Idem *in spicileg.* pag. 152.

IX. *Gerhardus* Archiep. Mog. monasterio *S. Crucis* in *Gotha* protectorium concedit. *explicit:* Datum *Erfordie* anno Domini

MCCLIII.

MCCLIII. VIII. Kal. Maij. Pontificatus noſtri anno tercio: *Sagittarius hiſt. Goth. p.* 63. *Falckenſtein Thuring. Chron.* Tom. III. pag. 1154.

X. Conventio interimiſtica inter *Gerhardum* Archi Epiſcopum & Marchionem Miſniae *Henricum* tum proprio tum tutorio Pueri de *Haſſia* nomine quoad feuda morte *Henrici* ultimi Thuringorum Landgravij conſolidata. *finis:* preſentem paginam . . . & noſtri ac Capituli noſtre Eccleſie Maguntine . . ſigillorum munimine decrevimus roborari. Actum apud *Udenſtete* Anno Domini MCCLIIII. XVII. Kal. junij. Pontificatus noſtri anno tertio. *de Gudenus* Tom. I. p. 639.

XI. Eccleſia parochialis in *Oſtrich* confertur Collegio *S. Victoris. terminatur:* Datum *Scarpinſtein* Anno Domini MCCLIIII. nonis Decembris Pontificatus noſtri anno tercio. *Joannis Rer. Mog.* Tom. II. pag. 600.

XII. Conſenſus *Gerhardi* Archi Epiſcopi ſuper Eccleſiam in *Oſterna. deſinit:* Datum *Maguntie* Anno Domini MCCLIIII. XVI. Kal. januarij. Pontificatus noſtri anno tertio. *de Gudenus* Tom. I. pag. 650.

XIII.

XIII. Lumen perpetuum fundatur in aede *S. Petri*. *finis:* presentes litteras nostro sigillo fecimus insigniri. Actum anno Domini MCCLV. XVII. Kal. Febr. Pontificatus nostri anno tercio. *Joannis* Tom. II. pag. 479.

XIV. Parochialis Ecclesia in *Seligenstadt* incorporatur monasterio ibidem. *finis:* Datum *Miltinberg* anno Domini Millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto. II. Idus Maji. Pontificatus nostri anno quarto. *Weinckens Navarchia Seligenstadt:* pag. 105.

XV. *Gerhardus* Archiep. monasterio *S. Albani* Ecclesias parochiales in *Bodenheim* & *Undenheim* incorporat. *desinit:* Datum *Moguncie* Anno Domini MCCLV. XV. Kal. sept. Pontificatus nostri anno IIII. *Joannis* Tom. II. pag. 762.

XVI. *Gerhardi* Archiep. Mog. diploma, quo controversiae inter Custodes Ecclesiarum Collegiatarum & plebanos agitatae de sepulturis & ministrandis sacramentis modus est statutus. *finis:* Datum *Maguntie* Anno Domini MCCLV. Idus septembris Pontificatus nostri anno tercio. *de Gudenus* Tom. I. pag 652.

XVII. *Gerhardi* Archiep. Synodica contra violatores libertatis Ecclesiasticae. *explicit:*

Datum *Maguntie* II. Kalendas Maji Anno Domini MCCLV. *Schannat Collect. Conc.* Tom. III. pag. 586.

XVIII. *Gerhardus* Archiep. bona Collegij S. Stephani in *Ober-Ulmen* ſita ab omni exactionum onere liberat. *deſinit*: Datum *Maguncie* VII. Idus Februarij Anno Domini MCCLVII. *Joannis* Tom. II. p. 537.

XIX. *Gerhardus* A. concedit indulgentias benefactoribus hoſpitalis in *Gotha*. *finis*: Datum *Maguntie* anno Domini M.CC.LVIII. Kal. Aprilis. *Tenzel Suppl. II. hiſt. Goth.* pag. 606.

XX. Templum *S. Catharinae Oppenhemij* erigitur a *Gerhardo* Archiep. in parochiam. *explicit:* preſens ſcriptum noſtro & Capituli noſtri ac Prepoſiti prefati ſigillis fecimus communiri. Datum *Maguntie* V. Nonas julii anno Domini MCCLVIII. *de Gudenus* T. I. p. 660. *Trithem. Chron. Sponh.* p. 283. *Lunig ſpicil. Eccleſ. fortſez.* 1. *Th.* p. 38.

XXI. Collegialis *S. Victoris* in urbem translatio a *Gerhardo* Archiep. expetita. *finis:* Datum *Maguncie* anno Domini MCCLVIIII. XVIIII. Kalend. februarij. *Joannis* Tom. II. pag. 600.

XXII.

XXII. Quomodo Archipraeſul *Gerhardus* avulſerit coenobium montis *S. Diſibodi* ab ordine D. *Benedicti*, tradideritque ipſum monachis Ciſtercienſibus. *terminatur:* preſentes litteras noſtri & Capituli noſtri ſigillis fecimus communiri. Actum *Moguncie* Anno Domini MCCLIX. nono menſis Marcij. *de Gudenus* Tom. I. pag. 664.

XXIII. Monachis Diſibodenbergenſibus alibi diſperſis facta proviſio. *finis:* In cujus facti memoriam preſentem litteram noſtro & Eccleſie Moguntine ſigillis duximus roborandam. Actum & Datum *Moguntie* X. Kal. julij Anno Domini MCCLIX. *de Gudenus* Tom. I. pag. 666.

XXIV. *Gerhardus* iter aeternitatis jam jam ingreſſurus magna cum ſollicitudine ſuam excuſſit conſcientiam. *explicit:* Datum *Erfordie* X. Kal. Octobris Anno Domini M.CC.LVIIII. *de Gudenus* Tom. IV. pag. 894.

XX.

SIGILLUM *WERNHERI* ARCHIEP. MOG.

ab an.. MCCLIX – MCCLXXXIV.

Litterae, quarum breve ſub nro. II. profeſrimus argumentum, ſiſtunt nobis *Wernheri* Electi Sigillum in perſona clerici ſtantis capite aperto & manu ſiniſtra librum tenentis. Inſcriptionem hanc ſigillum refert: † WERNHERUS DEI GRA MAGUNT. SEDIS ELECTUS.

Alterum & maxime notandum *Wernheri* ſigillum adpendet Diplomati quos is libertates & privilegia Eccleſiae Collegiatae *Bingenſis* anno 1264. confirmavit. vid. nro. XIV. Repraeſentat Archi Epiſcopum mitra & pallio ornatum in Faldiſtorio ſedentem pedum dextra & ſiniſtra tenentem librum cui inſcripta ſunt verba: PAX VOB. ſcutulum cum cruce ſupra pectus conſpicitur. in margine ſigilli legimus: † WERNHERUS DEI GRA SANCTE MAGUNTINE SEDIS ARCHIEPS. in area: IMPERII PER GERMANIAM ARCHICANCELLARIUS. Contra - ſignetum exhibet

exhibet rotam *) cum octo radijs (vide praefat.) & inscriptione † WERN ARCHIEPI MAGUNT.

Nunc

*) Rota Archi Episcopatus Moguntini insigne hodiernum in sigillis huc usque nondum visa nunc demum primo occurrit, uti & tit: *Archicancellarius &c.* a seculis jam in subscriptionibus Imperialium Diplomatum, in proprio autem diplomate a *Sifrido III.* adhibitus vid. *de Gud. Tom. I. pag.* 550.

Oetter Wappenbelustigung drittes Stuck pag. 64. *sq.* ait, quod primum contra signetum *Gerhardus II.* Archi-Episcopus an. 1294. sigilli sui tergo imprimi fecerit. Cl. *D. Gebhardi genealogische Geschichte* 1 *Band, pag.* 605. asserit, quod anno 1294. Rota primum sigillo Archi Episcopali Moguntino a tergo impressa fuerit. sed ambo secuti sunt *Syllogen pag.* 324. *& Codicem Diplomaticum Tom. I. pag.* 880. Ill. Dni *de Gudenus*, cui nostra *Gerhardi I.* & *Wernheri* contra signeta videre datum non fuit; alias profecto loc. cit. ubi profert litteram incorporationis Ecclesiae parochialis in *Urleben* a *Gerhardo* Archi Episcopo Moguntino an. 1294. factae, hanc non apposuisset notam: sigillum appensum repraesentat figuram Archi Episcopi in consueta forma. Dorso vero impressa est rota, quam *Gerhardus* hicce (secundus est) inter Archi Episcopos Moguntinos *primum* gerere cepit, his circum scriptis verbis: SECRETUM GERHARDI ARCHIEPI MAGUNT. Eandem notam *de Gudenus* adposuit Approbationi Confraternitatis institutae nuper a Chori socijs sive Vicarijs Ecclesiae Metropolitanae an. 1294. ubi in fine addit: secretum sigillum a tergo rotam exhibet, estque hic

Ger-

Nunc ad Diplomatum *Wernheri* Argumenta, quae magno numero ſuppeditavit collectio noſtra; haec inter proferenda duximus etiam inedita quaedam:

I. *Pronuntiatio inter Eccleſiam Frideslarienſem & Conradum de Elbede ſuper varijs gravaminibus.*

W. *) Dei gracia Sancte Moguntine ſedis Electus dilecto in *Criſto* Abbati monaſterij de *Capella* (a) ſalutem in Domino. Cum proponerent Decanus & Capitulum Eccleſie Fritslarienſis ſe multo tempore ſpoliatos per *Conradum*

Gerhardus omnium Electorum *primus*, qui eam in medio produxit.


Ipſiſſimum *Wernheri* ſigillum quoad partem anticam vidimus in ejusdem litteris indulgentiarum anno MCCLXV. IIII. Idus Maji in favorem Eremi Auguſtinianae, quae *Moguntiae* eſt, benigne conceſſis; pars poſtica vero contra ſigneto caret.

Interim legi merentur ea, quae *Gebhardi* loc. cit. de rota Moguntina protulit. Nos hac de re fortaſſis alibi.

*) *Wernherus.*

(a) *Capella* Ordinis Praemonſtratenſis Abbatia in *Haſſia* inferiore ſub tractu Archidiaconali Praepoſiturae Frideslarienſis. vid. *Dioeceſis Mog. Tom. III pag.* 410. 573. addenda eſt haec Abbatia noſtro monaſteriorum elencho notitijs Ilbenſtadienſibus praemiſſo.

radum militem de *Elbede* ſuarum proventibus prebendarum & proinde tam judices ſedis noſtre quam ordinarius judex loci ad excommunicacionis & interdicti ſententias proceſſerint tanquam ex delicto notorio ad ipſius Capituli inſtanciam contra eum, tandem partes hinc inde ſuper queſtione prefata ordinacioni noſtre & arbitrio ſe ſimpliciter commiſerunt per litteras ſuas & etiam viva voce promittentes, quod adimplebunt fideliter & ſervabunt quicquid eis injunxerimus ex hac parte. Attendentes igitur preſentis temporis maliciam, preſertim hoc quod reſpectu immenſitatis dampnorum Eccleſie illatorum idem miles non penitus eſt ſolvendo, pronunciamus taliter arbitrando. Idem *Cunradus* preſtabit publicum juramentum quod in antea Eccleſiam Friſlarienſem proteget & defendet totis ſuis viribus excluſo penitus omni dolo & bona fide inducet amicos ſuos & conſanguineos ad id ipſum. Accedet etiam perſonaliter ad ipſam Eccleſiam cum ſexaginta ad minus ſue condicionis viris ſeu alijs nobilibus pro delicto ſuo, ab ipſius Eccleſie Capitulo veniam petiturus & crucem occaſione ipſius in choro dicte Eccleſie depoſitam proprijs levaturus manibus juxta morem. quodſi forte periculoſum hac vice ſibi propter hoſtilitatem quamcunque intrare



Frislariense oppidum arbitretur, procurabit & faciet quod id miles honestus de sua cognacione adimpleat ejus vice. Homines quoque seu mancipia Ecclesie Frislariensis que hactenus sub sua tenuit servitute, eidem absque impedimento & difficultate dimittet. & quoniam ad quedam predia ipsius *Cunradi* & ejus fratris pensionarij Ecclesie Frislariensis decimas suas tempore messium hactenus deducere sunt artati, *Conradus* idem ipsam violenciam imposterum eis tollet & bona fide studebit laborare, quod nobilis Domina Relicta Ducis Brabancie in villa illa que *Wernhenne* vocatur, similem eis tollet molestiam & gravamen modis eciam quibus oportunum fuerit & ipse valuerit, compellet habitatores locorum de quibus Ecclesie ipsi sunt persolvendi redditus aliqui quos ipse non sustulit, nec eciam Ecclesia tempore hostilitatis quam exercuit in eandem ut adhuc Ecclesie ipsi solvant ceterum procurabit & faciet quod Ecclesia ipsa per ipsum habebit possessiones & bona proprietatis titulo perpetualiter & sine contradiccione cujuslibet obtinenda. que singulis annis in dictis redditibus duodecim vel ad minus valeant decem libras, quorum percepcionem & possessionem proventuum Ecclesia Frislariensis

conti-

continuo nanciſcatur. Quodſi forſan que de bonorum hujusmodi aſſignacione premiſimus, nequiverit vel noluerit ducere ad effectum, conferant ipſe & frater ſuus cum heredibus ſuis Frislarienſi Eccleſie de noſtro conſenſu jus patronatus quod in Eccleſia de *Vorſchucze* noſtre dioc: obtinere dicuntur & illi adiciant redditus duarum librarum vel viginti marcas argenti de quibus tanti redditus comperiuntur. ipſamque Eccleſiam ſtatim vacare procuret de bona voluntate Rectoris ipſius alias ſine nota cujuslibet pravitatis. Procuret eciam ſi potuerit conferre memorate Frislarienſi Eccleſie ſine contradiccione & lite jus patronatus Eccleſie ſancte *Marie* extra muros Frislarienſes ex promiſſione noſtra perpetuo obtinendum. alioquin efficiat & procuret jus patronatus Eccleſie in *Cenxe* prefate noſtre dioc. adjectis ei duarum librarum redditibus conferatur Frislarienſi Eccleſie ſupradicte, cujus capitulo auctoritate commiſſe nobis arbitrarie poteſtatis injungimus ut preſcriptam ſatisfaccionem acceptent, recipiant & obſervent. Mandamus igitur tibi, quatinus hoc procures fideliter laborando, quod dictus miles prout in arbitrio decrevimus ſtatuendum, plenam & ſufficientem faciat ſecuritatem quod ante

Ascensionis Dominice festum perducat omnia & singula que premisimus, ad effectum & postquam sub pena ducentarum marcarum argenti ipsam prestiterit per fidejussores ydoneos caucionem quod usque ad prescriptum terminum singula compleantur, ex tunc prolatas in eum sentencias supradictas juxta formam Ecclesie nostra auctoritate relaxes, injungens ei alias penitentiam salutarem. Datum apud *Ameneburg* XIII. Kal. Decembris Anno Domini M.CC.LVIIII.

II. *Wernhero Archiep. electo precaria a Clero Moguntino concessa.*

Wernherus Dei Gratia Sancte Moguntine sedis Electus dilectis in Christo Prelatis & Capitulis universis Civitatis Mogunt. salutem in Domino. Cum ad Ecclesie nostre debita relevanda in hoc duxeritis concordandum quod quelibet Ecclesia contribuat unam precariam pro vestris Ecclesijs & beneficijs universis quarum pretium in solutionem debitorum hujusmodi convertatur ut hoc Ecclesie vestre commodius facere possint vobis duximus indulgendum ut ad opus precariarum talium quelibet ecclesia retinere valeat prebendam proximo vacaturam firmiter promittentes super hoc litteras Apostolicas obtinere etiam si jam

jam ſint in eccleſijs veſtris aliqui ſedis Apoſto-
lice proviſionis gratiam exſpectantes aut etiam
ſi de novo aliqui proviſionis ſimilis litteras in
antea impetrarent. Ceterum placet nobis
quod Capitula veſtra ſi qua facere hoc volue-
rint precarias ipſas emant ad dies alicujus cer-
te perſone juxta cujus vite ſpatium fructus
ipſos percipiat & non ultra. Indulgemus etiam
vobis ut ſi aliqua Eccleſia antequam vacet
prebenda precarie ſervitura de ſuo per ali-
quos annos precariam miniſtraret eadem toti-
dem annos recipiat de prebendis poſtmodum
vacaturis quotquot ipſa de ſuo inventa fuerit
prerogaſſe ſic tamen quod preter alios annos
qui forte cedunt Eccleſijs de prebendis ſingu-
lis recipiat tantummodo annum unum, placet
etiam nobis quod inter vos firmiter ſtatuatur
quod nullas umquam detis nobis vel ſucceſſo-
ribus noſtris precarias quo usque omnes Ec-
cleſie de precarijs hujusmodi fuerint omnimo-
dis expedite & prebende que precarijs prius
datis deſerviunt & nunc dandis deſervient ad
Eccleſias libere redierint & perſonis fuerint
aſſignate, nam & hoc firmiter volumus obſer-
vare. Ad hec nullo umquam tempore pete-
mus aut recipiemus in Eccleſijs veſtris aucto-
ritate noſtra vel etiam ſuperioris fructus Pre-
laturarum vacantium quarumcunque. Datum
apud

apud *Frankenfort* II. Idus Aprilis Anno Domini M°CC°LX.

III. *Wernheri* Archiep. Mog. consensus in translationem Collegij *S. Victoris* in Urbem faciendam. *desinit:* Datum apud *Erinvels* anno Domini MCCLX. X. Kalend. Maji. *Joannis* Tom. II. pag. 601.

IV. *Wernherus* A. M. Monasterio *Hegene* confirmat decimam in *Enneken. explicit:* presens scriptum nostro & E . . . sigillis fecimus communiri . . . Datum & actum III. nonas septembris anno Domini MCCLX. *Kuchenbecker anal. Hass. Coll.* 8. p. 284.

V. *Wernheri* A. M. charta de collatis Dynastae *Hanoviae* feudis reversis ad ipsum ex obitu *Conradi* a *Dornburg. finis:* Actum & Datum *Maguncie* Anno Domini MCCLXI. quarto nonas februarij. Consecrationis autem nostre primo. *de Gud.* Tom. I. pag. 679.

VI. Sententia excommunicationis a *Wernhero* A. M. lata in Concilio Moguntino adversus *Sophiam* Brabantinam & filium ejus *Henricum. desinit:* Actum in Concilio Maguntino Anno Domini MCCLXI. feria quarta post octavam Paschae. *de Gudenus* Tom. I. p. 680.

VII.

VII. *Wernherus* A. M. Fratribus *S. Dominici* concedit licentiam praedicandi &c. *finis:* Datum apud *Wunnendal* anno Domini MCCLXI. XI. Kalend. junij. *Joannis* Tom. II. pag. 851.

VIII. Idem confirmat reſignationem molendini piſcinae &c. a *Burchardo* comite de *Brandenberg* monaſterio *S. Crucis* factam. *deſinit:* Datum apud *Aſchaffenburg* Anno Domini MCCLXI. non. januarij. *Sagittar. hiſt. Goth.* pag. 65.

IX. Idem qua Praepoſitus *S. Petri* Canonicis ibidem adminiſtrationem praebendarum relinquit. *finis:* Actum apud *S. Petrum* anno Domini MCCLXII. ſexto non. Martij. Pontificatus noſtri anno ſecundo. *Joann.* Tom. II. pag. 489.

X. Idem Collegio *S. Stephani* unit parochiam in *Nackenheim. deſinit:* preſens ſcriptum ſigilli noſtri munimine fecimus roborari. Actum Anno Domini MCCLXII. Idus Auguſti. *Joannis* Tom. II. pag. 538.

XI. Notitia *Wernheri* de electione Praepoſiti *Aſchaffenburgenſis. explicit:* preſentem cartam . . noſtro . . . ſigillorum munimine roborari (fecimus) Actum *Maguntie* Anno Domi-

Domini MCCLXII. VIII. Idus septembris. *de Gud.* Tom. II. pag. 315.

XII. *Wernheri* A. M. Consensus super decima vini in *Hentschuchsheim. finis;* Datum *Wunendal* X. Kal. Decembris Anno Domini MCCLXIII. *de Gud.* Tom. I. pag. 709.

XIII. De mille marcis ad pondus Trecense, in quibus *Wernerus* tenebatur Camerae Apostolicae addivisis Clero seculari & Regulari per Commissarium Pontificis. *desinit:* Datum *Moguntie* Anno Domini MCC sexagesimo quarto II. Idus Marcij. *de Gudenus* Tom. I. pag. 710.

XIV. *Wernherus Archiep. Mog. confirmat jura & Libertates Ecclesiae Bingensis.*

Wernerus Dei gratia Sancte Maguntine sedis Archi Episcopus, sacri Imperij per Germaniam Archi-Cancellarius Universis Christi fidelibus salutem in Domino sempiternam. Pastoralis officij debitum id exquirit, ut Ecclesias, quarum curam & sollicitudinem nobis a Deo commissam gerimus non solum in dandis libertatibus respicere, sed in datis etiam teneamur fideliter confovere; Inde est, quod cum nos Ecclesie beati *Martini* in *Pinguia* libertates per litteras felicis recordationis *Arnoldi*

noldi antecessoris nostri concessas, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua parte sui viciatas, sub vera bulla ejusdem *Arnoldi* de verbo ad verbum vidimus in hunc modum: C. *In nomine sancte & Individue Trinitatis. Notum igitur sit omnibus Christi fidelibus tam presentibus, quam futuris, quod Ego Arnoldus Dei gracia Moguntinensis sedis Archi-Episcopus animadvertens &c.* vid. supra in Arnoldo sub nro. XIII.

Finis Diplomatis:

Acta sunt autem hec anno Dominice Incarnationis M°C°LX°. Indictione VIII. Regnante Friderico gloriosissimo Romanorum Imperatore hujus nominis primo, anno vero Imperiali VIII. vid. de Gudenus Tom. III. pag. 1059.

Nos qui decorem Domus Dei diligimus & cultum divini Numinis cupimus ampliare, volentes privilegium hujusmodi in vigorem pristinum reformare, ejusque deperdita restaurare, libertates ejusdem privilegij predictas in singulis suis articulis auctoritate presentium renovantes & confirmantes statuimus firmiter inhibendo, ne numerus duodecim fratrum Canonicorum memorate Pinguensis Ecclesie per interpositionem alicujus Vicarij minuatur, & ne Prepositi, qui pro tempore ibidem fuerint,

jus

Jus Canonie aut prebende habeant, ſed ſolum Prepoſiture ſue ſtipendijs ſint contenti. Licet autem per abuſionem, deſuetudinem vel negligentiam actum ſit contra hec, aut ſi qua alia premiſſorum, propter quod ſecundum ſtatuta canonica & ſanctiones legitimas ſepedicta Pinguenſis Eccleſia privilegium mereretur amittere, tamquam abuſa conceſſa ſibi libertate; volumus tamen & hac noſtra edictali renovatione, nec non confirmatione in perpetuum valitura volumus irrefragabiliter & ſanctimus, quatinus temporis alicujus preſcriptione ſeu quacumque alia juris vel facti exceptione non obſtante libertatum hujusmodi indulta vigori priſtino reſtituantur, & ſecundum omnes ac ſingulas ſui partes inviolabiliter obſerventur. ſi quis autem contra hec venire preſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei beati *Martini* & noſtram, penamque anathematis, quam ex nunc in transgreſſores hujusmodi proferimus, ſe noverit incurriſſe. Acta ſunt hec *Maguncie* Anno Dominice Incarnacionis M° CC° LX° IIII. XV°. Kalendas Maji. *)

XV.

*) Has ordinationes ab *Arnoldo* & *Wernhero* Archi-Epiſcopis Moguntinis factas *Clemens IV* PP. ad inſtantiam Canonicorum Pinguenſium litteris Apoſtolicis

XV. Compoſitio inter Comitem Palatinum Rheni Ducem Bavariae & *Wernerum* Archi Epiſcopum Moguntinum ſuper proprietate Caſtri & Oppidi novi *Winbeym*. *finis:* Sigilla noſtra preſenti ſcripto . . . duximus appendenda. Datum & actum apud *Hemmingesbach* Anno Domini MCCLX quarto pridie nonas junij. *de Gudenus* Tom. II. pag. 148.

XVI. *Wernerus* Archiep. Mog. confirmat arbitrium in cauſa monaſterij *Heusdorff* & *Henrici* de *Appolde* latum. *deſinit:* Datum apud *Aſchaffenburg* anno Domini MCCLXIIII. VI. Kalend. Novembris. *Falckenſtein Thuringiſche Chron.* Tom. III. pag. 1253.

XVII. *Wernerus Archiep. Mog. Abbati Eberbacenſi variorum parthenonum ord. Ciſterc. curam committit.*

Wernerus Dei gratia ſanctae Moguntinenſis ſedis Archiepiſcopus ſacri Imperij per Germaniam Archicancellarius Dilecto in Chriſto Abbati

ſtolicis *Peruſij* anno MCCLXVI. X. Kal. Martij datis confirmavit.

Charta *Arnoldi* ſuperius allegata eſt tanto memorabilior, quod pius Praeſul in Vigilia *S. Joannis Baptiſtae* ex *Binga* domi redux, die poſtero horrenda civium ſuorum rabie fuerit trucidatus.

Abbati Eberbacenſi ſalutem in Domino. Cum nos de veſtra diſcretione confiſi, de *Gotteſthal* de *Dale*, de *Oppenheim* & de *Syon* Ecclefias & Conventus Ciſter. Ordinis noſtrae Dioeceſis in ſpiritualibus tibi duximus committendum, ut idem tuum monaſterium ad ſalutem animarum Conventuum eorundem, imo etiam in tuorum remedium peccatorum utilius & efficacius valeas exequi, cum aliquae non ſint incorporatae ordini, plenam tibi auctoritate praeſentium concedimus poteſtatem, omnium perſonarum, locorum iſtorum confeſſiones audiendi, poenitentias injungendi, ab excommunicationis vinculis & de quibuslibet occultis, juxta quod ipſimet poſſimus, abſolvendi, reformandi etiam & corrigendi ſingula in eisdem eccleſijs, quae correctione & reformatione cognoveris indigere. Liceat inſuper tibi alijs fratribus tuis ad hoc idoneis committere vices tuas, contradictores & rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcendo. Dat. apud *Wunnendal* Anno Domini MCCLXV. III. Idus Marci.

XVIII. *Wernherus* confirmat jus patr. Eccleſiae parochialis in *Wende*. *finis:* Datum *Maguncie* anno Domini MCCLXV. VI. Idus Maji. *Böhmer obſervat. jur. Can.* pag. 291.

XIX.

XIX. *Idem* confirmat indulgentias Augustinianis concessas. *desinit:* Datum *Maguntie* quarto Idus Maji anno Domini MCCLXV. *Joannis* Tom. II. pag. 845.

XX. Desiccatio paludis apud *Starckenberg. explicit:* Datum *Moguntie* VII. Idus julij Anno Domini MCCLXV. *de Gudenus* Tom. I. pag. 712.

XXI. Ecclesia parochialis in *Sponheim* monasterio ibidem incorporatur. *finis:* fecimus presens scriptum . . . nostro & . . . sigillorum munimine roborari. Actum anno Domini MCCLXV. VII. Idus julij. *Trithem. Chron. Sponh.* pag. 286.

XXII. *Wernherus* concedit Augustinianis facultatem concionandi. *desinit:* Datum *Moguncie* anno Domini MCCLXV. VII. Idus julij. *Joannis* Tom. II. pag. 846.

XXIII. *Das das ungelt eynem Ertzbischoff zcu Meintze zcu gestanden und das es die burger zcu Meintze dem stiffte bezalt han.*

Wernher von Gottes gnaden des heiligen Stuls zcu *Mentze* Ertzbischoff des hiligen Romischen riches durch dutsch Lande Ertzcantzeler unsern lieben jnn Got Dechan und dem gantzen capittel des dums zcu *Meintz* grusse

 heile

heile unde liebde in den herren want ir tzu nutz unſer Kirchen uns dryhundert marcke colſcher phennige geluwen habt mit frien willen ſehent uff das wir uch folliglichen Schadeloiſs und ſicher halten ſo verpinden und bezeugen wir uch genwertiglichen unſer ungelt in der ſtatt *Meintze* welche ungelt, die burger daſelbs uns gebent das jr das von ſant *Jacobtag* nehſt kommende als lange ſament bis das jr ſolich geluwen gelt, volliglicher widder habt, uwer heubt gut wers aber das das jr enigerley krait ader gepreche dirr die burger ader ander wer die wern haben wurdent das jr deſtamynner mochtent geſammen uwer ſchult ſehent wir glouben in gutten truwen das wir uſsgeſcheiden gantz alle beſchieſe und argeliſte uch ſuſt von unſern guten und rendten halten wollen ſchadlois. Dat aput *Caſtele* anno Domini milleſimo CC°Lxv°. iiij. Idus julij. Vitioſa ſunt, quae protulit de *Senckenberg in Meditat.* pag. 518 & 521.

XXIV. *Wernherus* Archi Epiſcopus Moguntinus donationem Eccleſiae in *Gentzingen* Eccleſiae Moguntinae factam confirmat. *finis:* Datum *Moguntiae* anno Domini MCCLXV. X. Cal. Octobris. *Trithem. Chron. Sponheim.* pag. 286. *Lünig Spicil. Eccleſ.* 1. *Th. Fortſ.* pag. 39.

XXV.

XXV. Canonicis Ecclesiae Metropolitanae Moguntinae facta donatio Ecclesiae parochialis in *Heppenheim. explicit:* Datum *Maguntie* Anno Domini MCCLXVI. nonas Februarij. *de Gudenus* Tom. I. pag. 713.

XXVI. *Fratres Eremitae S. Augustini Erfordiae recipiuntur.*

Wernerus Dei Gratia Sancte Maguntine sedis Archi Episcopus sacri Imperij per Germaniam Archi Cancellarius dilectis in Christo Priori & Fratribus Eremitis ordinis sancti *Augustini* salutem in Domino. Testimonio presentium placet nobis & liberam damus vobis licentiam, ut in civitate nostra *Erfordia* recipiatis vos ad manendum ibidem sine juris prejudicio alieni, ut etiam in alienas messes non mittatis temere falces vestras. Datum *Maguncie* anno Domini Millesimo ducentesimo sexagesimo sexto, quarto Kalendas Martij.

XXVII. *Wernherus* Archi Episcopus Moguntinus Collegio Sancti *Stephani* adunat parochiam in *Sarmsheim. finis:* In cujus facti memoriam ac debitam firmitatem literas has conscribi fecimus & nostrorum sigillorum munimine roborari. Actum Anno Domini MCCLXVI. XIIII. Kalend. April. *Joannis* Tom. II. pag. 538.

XXVIII. De libertate Decimae in *Virnheim. finis:* presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum apud *Lacum* anno Domini MCCLXVII. in die beati *Bartholomei* Apostoli. *de Gudenus Syllog*. pag. 254.

XXIX. *Wernherus* Archiep. Mog. confirmat donationem juris patronatus in *Matstat* Heusdorffensibus factam. *desinit:* Datum *Maguncie* Anno Domini MCCLXVII. II. nonas Novembris. *Thuringia sacra* pag. 353.

XXX. Idem *Ludovici* Praepositi Collegio *S. Victoris* factas donationes confirmat. *finis:* Actum in Ecclesia *S. Victoris* Magunt. Anno Domini MCCLXVIII. in die beatorum *Fabiani* & *Sebastiani*. *Joann.* Tom. II. pag. 602.

XXXI. Poenae in *Reinoldum* militem ob damnum Canonicis *S. Petri* illatum statutae. *explicit:* Datum *Maguntie* Anno Domini MCCLXVIII. in *Divisione Apostolorum. Joann.* Tom. II. pag. 480.

XXXII. De Comparato per Coenobitas Vallis *S. Georgij* quodam praedio a *Ludovico* de *Wangenheim* eique attinente capella in *Eseneberg. terminatur:* Datum *Erfordie* Anno Domini MCCLXVIII. secundo nonas Novembris. *de Gud.* Tom. I. pag. 722.

XXXIII.

XXXIII. *Wernheri* Archiep. diploma, quo confirmat parthenoni Padenhuſano collationem parochialis Eccleſiae in *Bickenbach* provenientem ex pia liberalitate Dynaſtarum de *Hanau*, *Weinſperg* &c. *finis:* in teſtimonium noſtris ſigillis duximus muniendum. Actum & datum *Maguntie* Anno Domini MCCLXVIII. VII. Kal. Decembris. *de Gud.* Tom. I. p. 723.

XXXIV. *Ejusdem* traditio jurium ſuorum ad Caſtrum *Homburg* ſuper altare *S. Martini*. *deſinit:* Actum Anno Domini MCCLXVIII. feria quarta ante feſtum B. *Andree* Apoſtoli. *de Gudenus* Tom. I. pag. 724.

XXXV. *Ejusdem* favore bonorum Capituli Metropolitani in *Gavia* (in dem Gau) conceſſa immunitas a quolibet genere ſerviendi. *finis:* Paginam preſentem . . appenſione ſigilli noſtri duximus muniendam. Datum *Maguntie* Anno Domini MCCLXVIII. II. Kal. Decembris. *de Gud.* Tom. I. pag. 725.

XXXVI. *Ejusdem* reſcriptum, quo Dominicanis Mog. vicum, domui eorum adjacentem in uſus liberos convertere permittit atque Eccleſiae noviter erigendae primarium lapidem ponere pollicetur. *deſinit:* Datum *Maguncie* Anno Domini MCCLXIX. Dominica *invocavit*. *de Gud.* Tom. II. pag. 666.

XXXVII. Compromiſſum inter *Wernherum* A. M. & *Albertum* Ducem Brunsvicenſem. *deſinit:* Acta ſunt hec Anno Domini MCCLXIX. VIII. Idus Maji. hoc eſt quarta feria ante feſtum Pentecoſtes. *Scheidij Origines Guelficae* Tom. IV. *praef.* pag. 11.

XXXVIII. Inſtrumenti ſuper libertate Cleri Wormatienſis recognitio a *Wernhero* Archi Epiſcopo facta. *finis:* in teſtimonium hujus rei dedimus has litteras ſigillo noſtro munitas II. nonas julij anno Domini praenotato (MCCLXIX) *Schannat Hiſt. Worm.* Tom. II. pag. 135.

XXXIX. *Monaſterium Seligenſtadt acquirit villicationes in Geiſelbach cum jure patr. in Crombach.*

Wernerus Dei gratia S. Maguntine ſedis Archi Epiſcopus Sacri Imperij per Germaniam Archi Cancellarius univerſis preſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Tenore preſentium publice proteſtamur, quod nos villicationes in *Geiſſelbach* cum jure patronatus Ecleſie in *Crompach* & omnibus attinentijs & juribus ſuis, que dilecti in *Chriſto* Abbas & Conventus Monaſterij in *Selgenſtad* nobis & Ecleſie Maguntine pro certa ſumma pecunie vendiderunt, ipſis revendimus pro eadem

pecu-

pecunie quantitate & de illa pecunia plene & integre dicimus nos pagatos. Renuntiamus igitur precise & simpliciter omnibus bonis illis & possessionem eorundem ipsis remittimus, ita quod ipsi perpetuo illa pacifice possideant & quiete. Hanc vero conditionem & penam de bona voluntate & consensu Abbatis & Conventus predictorum adjicimus, quod si ipsi bona predicta alicui militi vel filio militis concesserint vel locaverint pro aliqua pensione, omnia bona predicta cum suis attinentijs universis statim ex tunc redeant ad jus & dominium Ecclesie Maguntine. Datum apud *Lacum* Anno Domini Millesimo ducentesimo sexagesimo nono, decimo quinto Kalendas Augusti.

XL. *Wernherus* Archi Episcopus Moguntinus appromittit se nullam cum refractarijs suis sacrilegisque civibus initurum compositionem, nisi assensu Cleri praevio. *explicit*: Datum *Maguntiae* Anno Domini MCCLXIX. VIII. Kal. octobris. *de Gudenus* Tom. I. pag. 729.

XLI. *Wernherus Archiep. Mog. promittit privilegia cleri sui conservaturum.*

Wernherus Dei gratia sancte Mogunt. sedis Archi Episcopus sacri Imperij per Germaniam

Archicancellarius universis ad quos iste littere pervenerint salutem in Domino. Tenore presencium publice protestamur & nosse volumus universis, quod cum cives nostri Moguntini jam multo tempore temeritate propria sibi usurpaverunt tam in spiritualibus quam in temporalibus jura nostra & libertates honores & privilegia ecclesiarum totius cleri civitatis nostre varijs modis ausu sacrilego studeant enervare, Nos eorum conatibus celeri remedio salubriter occurrere cupientes fide data & juramento corporaliter prestito promisimus & promittimus quod pro juribus libertatibus & honoribus ac privilegijs ecclesiarum & totius cleri civitatis nostre Moguntine in statu debito conservandis laborabimus totis viribus omni studio & ingenio omni dolo excluso & eis auxilio consilio & favore fideliter assistemus nec umquam faciemus aut ordinabimus vel eciam admittemus aliquam composicionem cum civibus nostris Moguntinis nisi de bona voluntate & maturo ac communi consilio illarum personarum quas clerus noster Moguntinus ad hoc duxerit deputandas. Datum *Moguntie* Anno Dni MCCLXIX. VIII. Kalend. octobris.

XLIII.

XLII. *Werneri* Archi Epiſcopi de ordinatione *Arnoldi* Archidiaconi Heiligenſtadenſis circa proventus Eccleſiae in *Beveſtete. deſinit:* Datum *Moguntie* Anno Domini MCCLXX. in die ſanctorum *Aurei* & *juſtine. de Gudenus* Tom. I. pag. 731.

XLIII. *Wernherus* A. Mog. Viſitatores mittit ad *Simonem* Epiſcopum Paderbornenſem. *finis:* Datum *Moguntiae* Anno Domini MCCLXX primo. VII. Idus Februarij. *Schaten Annal. Paderborn. part.* 2. *p.* 121.

XLIV. Inſtauratae per Rieneckios turbae ac lites ſemel iterumque ſedantur. *terminantur:* Datum & actum in campo juxta *Didencheim* Anno Domini MCCLXXI. in die beati *Jacobi* Apoſtoli. *de Gud.* Tom. I. pag. 735.

XLV. *Wernerus* Bursfeldenſibus concedit ut capella in *Elderikeshuſen* parochialis Eccleſia fiat. *finis:* praeſentem paginam ſigillo noſtro roboramus. Datum *Maguncie* Anno Domini MCCLXXI. ſecundo ydus Novembris *Scheid Orig. Guelf.* Tom. IV. *praef.* pag. 15.

XLVI. *Henricus* Haſſiae Dominus & adjutores ejus ob incendia & rapinas iterato excommunicantur MCCLXXIII. XII. Kal. junij. *de Gud.* Tom. I. pag. 746.

XLVII.

XLVII. *Hie bestedigt bischof Wernher der stat die fryheit die ir bischof sifrit gegeben hat.*

In nomine Domini Amen. Nos *Wernherus* Dei gratia sancte Maguntine sedis Archi Episcopus sacri Imperij per Germaniam Archi Cancellarius tenore presencium recognoscimus & ad universorum noticiam cupimus pervenire, quod gracias & libertates, quas recolende memorie quondam Dominus *Sifridus* Archi Episcopus Magunt. patruus noster civitati sue Maguntine ad commodum & honorem civibus ejusdem civitatis duxit favorabiliter impendendas prout in ipsius Archi Episcopi *sifridi* & Ecclesiarum Maguntinarum litteris super hijs confectis plenius est expressum, ratas & gratas habentes, eas bona fide promittentes & volentes inviolabiliter observare. Ut autem hujusmodi nostra promissio robur obtineat debite firmitatis, presentem litteram sigillo nostro dedimus communitam. Actum *Maguncie* Anno Domini Millesimo ducentesimo septuagesimo tercio. Nonas junij *de Gud.* Tom. I. pag. 748.

Hie Confirmiert bischof *Heinrich* kugelman das priviley bischof *sifrides.*

In

In nomine Domini Amen. Nos frater *Henricus &c. ut supra.* Datum Maguncie Anno Domini Millesimo CC° octuagesimo sexto in Vigilia beati *Laurencij* Martiris. In eodem privilegio germanico idiomate conscripto habetur: *Ertzebischof Heinrich der ein barfuz vvar &c.*

Ejusdem tenoris est privilegium *Gerhardi* Archi Episcopi IIII. Kal. sept. Anno MCCLXXXIX. concessum.

Idem jam antea dedit *Gerhardus* anno Dni MCCLI. V. Kal. Decembris.

Item *Petrus* Archi Episcopus Anno MCCCVII. IIII. Idus Marcij.

Item *Mathias* Archiep. Anno MCCCXXI. XVIII. Kal. jan.

XLVIII. *Werneri* Archi Episcopi litterae subventionales pro nova templi fabrica ad S. *Severum Erfurti. desinit:* Datum apud *Aschaffenburg* Anno Domini MCCLXXIII. XVIII. Kal. septembris. *de Gudenus* Tom. I. p. 752.

XLIX. *De expensis in Coronatione Regis Romanorum factis.*

W *) Dei gratia Sancte Maguntinensis sedis Archiepiscopus. Sacri imperii per Germaniam

*) *Wernherus.*

maniam archicancellarius universis presentem paginam inspecturis. Salutem & omne bonum, cum propter electionem Romanorum Regis *Frankenfort* celebrandam una cum nostris Cöelectoribus expensas fecerimus, & adhuc alie restent in Coronatione regia faciende & deceat principes ab illis expensis regalem munificentiam relevare ipse Dominus noster electus Rex Serenissimus Romanorum cum pre manibus pecuniam non habeat mutuum contrahendo fidejussores pro solvendis debitis obligavit, Nos itaque volentes precavere, ne contingat fidejussores vexari si aliquid quod absit Domino nostro Regi humanitus eveniret, presentibus protestamur. quod de nostra & Cöelectorum nostrorum procedit optima voluntate ut si debitis non solutis dominus noster prefatus de medio subducatur ipsi fidejussores de bonis imperii se absolvant, & successor quicunque in Regno fuerit teneatur fidejussores ab omni obligatione & dampnis quibuslibet reddere absolutos. In cujus rei testimonium presentes fieri fecimus, & sigilli nostri munimine roborari. Datum *Frankenfort* Anno Domini Mill. CC.LXXiij. Viij. Idus Octobr.

L.

L. *Adelheid* de *Münzenberg* cum filijs declaratur nobilis & ingenua. *finis:* Datum *Aquisgrani* Anno Domini Millef. CCLXXIII. VIII. Kalend. Novembr. *Lünig part. ſpec. Cont. II. von den R. grafen* pag. 520.

LI. *Wernherus* monaſterio in horto Ceraſorum incorporat parochiam in *Munzheim.* Act. Anno MCCLXXIII. *Schannat hiſt. Worm.* Tom. II. pag. 137.

LII. *Idem* admittitur emptor tertiae partis bonorum in *Trechtinghuſen.* Actum *Maguncie* anno Domini MCCLXXIIII. XIII. Kal. ſept. *Joannis* Tom. II. pag. 659.

LIII. *Idem* concedit liberam electionem Abbatiſſae & Praepoſiti monaſterio in *Franckenhuſen. finis:* Datum *Erfordiae* anno Domini MCCLXXV. XIII. Kal. Maji. *Müldener beſchreib. von Franckenhauſen.* pag. 114.

LIV. *Idem* confirmat inſtauratum conventum in *Ilmene. deſinit:* Datum *Erfordiae* Anno Domini MCCLXXV. XII. Kal. Maji. *Ayrmann anecd.* Tom. I. pag. 258.

LV. *Idem* conſentit in translationem parthenonis Salfeldenſis in *Ilmene. finis:* Datum *Erfordiae* anno Domini MCCLXXV. X. Kal. Maji. *Ayrmann anecd.* Tom. I. pag. 259.

LVI.

LVI. *Abbatiſſa & Conventus S. Agnetis facultatem obtinent Monaſterij transferendi ad forum gentile.*

W. Dei Gratia ſanctae Magunt. ſedis Archiepiſcopus, ſacri Imperij per Germaniam Archi Cancellarius Dilectis in Chriſto . . Abbatiſſae & Conventui ſanctimonialium Hoſpitalis Magunt. Ciſtercienſis ordinis ſalutem in Domino.

Cum in loco illo, in quo nunc Monaſterium veſtrum ſitum exiſtit propter inſolentias & ſtrepitus laicorum, qui quaſi frequenter exercentur ibidem, diverſa incommoda ſufferatis, devotis veſtris ſupplicationibus inclinati, ut in loco praedicto corpora mortuorum extumulare & ad curiam, quae vocatur ad teſtam, in foro gentili Maguntinenſi tranſire, ibique monaſterium de novo conſtruere valeatis, vobis auctoritate praeſentium plenam concedimus facultatem. Datum *Pinguiae* Anno Domini Milleſ. CCLXXV. XII. Kalend. Auguſti.

LVII. *Wernherus* Archiep. curat ut officium divinum in Eccleſia *ad Gradus* quiete obeatur & a vicinis tabernis non interturbetur. *finis:* Datum *Pinguie* Anno Domini MCCLXXV. II. Kalend. Auguſti. *Joannis* Tom. II. pag. 660.

LVIII.

LVIII. *Wernheri* Archiep. mandatum ſuper aequalitate praebendarum in Eccleſia Moxſtadienſi. *deſinit:* Datum *Pinguie* Anno Domini MCCLXXV. *Dioeces Mog*. Tom. III. p. 229.

LIX. *Idem* ordinat ut decimae & bona in *Holtzſaſſen* ad communes uſus Decani & Capituli Moxſtadenſis pertineant. *finis* Actum & datum anno Domini MCCLXXV. *Dioec. Mog*. Tom. III. pag. 229.

LX. *Idem* confirmat donationem pomerij &c. Decanatui Moxſtadenſi factam. *finis:* Datum & actum *Maguntie* anno Domini MCCLXXV. Idus Decembris. *Dioec. Mog*. Tom. III. pag. 229.

LXI. *Wernherus* A. M. conſentit in permutationem bonorum factam inter *Collegiatam ad gradus* & *Reinhardum de Hanau. explicit:* acta ſunt hec *Moguntie* anno Domini MCCLXXVI. VIII. Idus Novembr. *Lünig ſpicil. ſecul.* 1. Th. pag. 230.

LXII. Canonicis nonniſi praeſentibus proventus praebendae Moxſtadenſis miniſtrentur. *deſinit:* Datum *Maguntie* anno Domini Mill. CC. LXXVII. V. nonas julij. *Dioec. Mog*. Tom. III. pag. 231.

LXIII. Dynaſtae ab *Erpach* alienant decimas feudales in *Pungſtadt* & *Bensheim*, ſur-

rogata ijs atque in feudum accepta villa *Mosa*. *finis*: Datum *Maguntie* Anno Domini MCCLXXVII. VI. Kal. octobr. in quorum testimonium sigillum dicte nostre sedis presentibus duximus apponendum. *de Gud*. Tom. I. pag. 760.

LXIV. *Wernerus* ejusdemque propinqui circa negotia familiae privatae inter se dissidentes per delectos compromissarios pacantur. *desinit*: Datum & actum apud *Aschaffenburg* anno Domini MCCLXXVIII. XVI. Kal. Apr. *de Gud*. Tom. I. pag. 761.

LXV. *Idem* confirmat numerum quadragenarium monachorum ad *S. Albanum* admittendorum. *desinit*: Actum *Maguncie* anno Domini MCCLXXVIII. XII. Kal. junij. *Joann*. Tom. II. pag. 766.

LXVI. *Idem* Priori Dominicanorum annuit ut valeat communicare duodecim personas absque prejudicio plebanorum. *finis*: Datum apud *Aschaffenburg* anno Domini MCCLXXVIIII. XVI. Kal. julij. *joann*. T. II. pag. 851.

LXVII. De jure patronatus Ecclesiae in *Obernburg*, *silauf* & ad *S. Agatham* unito Decanatui, Scholasteriae & Cantoriae Aschaffenburgensi per Praepositum *simonem*. *ter-*

mina-

minatur: Datum *Pinguvie* Annò Domini MCCLXXIX. III. Kal. Aug. *de Gud.* Tom. I. pag. 773.

LXVIII. *Wernherus* Dei gratia Sancte Magunt. ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius recognoſcimus & conſtare cupimus univerſis nos ad utilitates & neceſſitates urgentes Eccleſie Magunt. ducentas marcas Aquenſium denariorum legalium de pecunia decime collecte in noſtra dioceſ. recepiſſe ad quorum reſtitucionem infra menſis unius terminum faciendam poſtquam ſuper hec fuerimus requiſiti nos una cum noſtro capitulo Magunt. preſentibus litteris obligamus, noſtri & ipſius capituli ſigillorum munimine roboratis. Datum *Maguntie* Anno Domini Milleſimo CC. Lxxviiij. viij. Kal. Octobr.

LXIX. *Wernerus* Archipraeſul erga Metropolitanam & D. *Stephani* Eccleſias ſumme beneficus. *finis:* ipſas per appenſionem ſigilli noſtri . . approbamus. Datum *Maguntie* Anno Domini MCCLXXX. Kal. Februar. *de Gudenus* Tom. I. pag. 777.

LXX. *Wernherus* Collegio S. *Stephani* donat annua quinquaginta maldra ſiliginis. *deſinit:* Datum apud *Vinarium* XI. Kalend. julij

anno Domini MCCLXXX. *joannis* Tom. II. pag. 540.

LXXI. *Werneri* fundatio Capellae juxta Caſtrum *Vinarium. finis:* Datum apud *Vinarium* anno Domini MCCLXXXI. X. Kal. Febr. *de Gudenus* Tom. I. pag. 781.

LXXII. Forma compoſitionis inter *Wernherum* Archiep. & Comites de *Spanheim. deſinit:* Actum apud *Aſchaffenburg* Anno Domini Milleſimo ducenteſimo octogeſimo primo, ſexta feria proxima poſt diem beati Gregorij. *Kremer Diplomat. beytraege* pag. 222.

LXXIII. *Wernerus* A. M. concedit monaſterio *Hildevvardeshuſen*, ut redimat decimas & advocacias. *finis:* preſentem paginam conſcribi fecimus & ſigilli noſtri munimine roborari. Datum *Maguntie* Anno Domini MCCLXXXI. II. Kal. junij. *Böhmer obſervat. juris Can.* pag. 285.

LXXIV. *Wernherus* confirmat reſignationem juris patr. in *Elckesleiben. explicit:* ſigillum Capituli noſtri una cum ſigillo Domini noſtri Archiepiſcopi . . preſentibus duximus appendendum. Datum apud *Beckelnheim* Anno Domini MCCLXXXII. V. Idus januarij Pontificatus vero noſtri anno XXIII. *Ayrmann anecd.* Tom. I. pag. 265.

LXXV.

LXXV. Qualiter nobilés de *Rüdesheim* conſtituti fuerint Caſtrenſes haereditarij in caſtro gentilitio oblato. *finis:* preſentes litteras noſtri & capituli noſtre Eccleſie Maguntine ſigillis fecimus communiri. Datum *Maguntie* Anno Domini MCCLXXXII. XII. Kal. Februarij. *de Gudenus* Tom I. pag. 787.

LXXVI. Moguntinus & *joannes* ſponheimenſis nunc arcto amicitiae foedere colligati: cum Landgravio guerra durat adhuc. *deſinit:* Actum *Maguntie* anno Domini MCCLXXXII. tertio nonas Maji. *de Gudenus* Tom. I. p. 789.

LXXVII. *Idem* concedit indulgentias pie viſitantibus Eccleſiam Dominicanorum certis anni feſtivitatibus. *finis:* Datum apud *ſtoltzenberc* anno Domini MCCLXXXII. XVI. Kalend. januar. Pontificatus vero noſtri XXIII. *joannis Rer. Mog.* Tom. II. pag. 851.

LXXVIII. Capellae ac beneficio Eccleſiaſtico quod *Wernerus* in caſtro ſuo *Vinarienſi* inſtituerat, aſſignata dos. *deſinit:* Date apud *Aſchaffenburg* Anno Domini MCCLXXXIII. XV. Kal. Auguſti. *de Gud.* Tom. I. pag. 804.

LXXIX. *Werneri* conſenſus in ea, quae ratione terrae *Aloſt &c.* inter *joannem de Avenis* comitem *Haynoniae* ac *Margaretam Flandriae* Comitiſſam per quondam Regem Rom.

Wilhelmum judiciali proceſſu definita, nunc vero ab Imp. *Rudolfo* fuere confirmata. *explicit:* preſens ſcriptum . . ſigillo noſtro fecimus communiri. Datum anno Domini MCCLXXXIII. in craſtino Aſſumpt. beate *Marie* Virginis. *de Gud.* Tom. I. pag. 805.

LXXX. *Ejusdem* litterae, queis controverſiae *Godefridi* Eppenſteinij cum *Adolfo* Naſſovio deciduntur. *finis:* in ejus teſtimonium noſtrum ſigillum & Comitis ac *Godfridi* ſigilla preſentibus ſunt appenſa. Datum & actum apud *Aſchaffenburg* anno Domini Milleſimo CCLXXX tercio. III. Kal. ſeptembris. *joannis ſpicil.* pag. 315.

LXXXI. Littera *Wernheri* A. M. ſuper lacum ſitum inter *Beſſenbach* & *vivarium. deſinit:* Datum apud *Aſchaffenburg* Anno . . MCCLXXXIII. Idus Decembris. *de Gudenus* Tom. II. pag. 235.

LXXXII. Caſtri *Homburg* quartae partis per *Wernerum* ex hac mortali vita properantem Eccleſiae Moguntinae facta donatio. *terminatur:* In cujus noſtre donationis fidem ſigillum noſtrum preſentibus apponi juſſimus. . Actum apud *Aſchaffenburg* Anno Domini MCCLXXX quarto. VII. Kal. Aprilis. *de Gud.* Tom. I. pag. 807.

LXXXIII.

LXXXIII. Expeditio *Werneri* ultima, qua indulgentias Coenobio *Arnsburg* ſucceſſive largitas contraxit in unum, certo ijs lucrandis ſtatuto die. *explicit:* Datum apud *Aſchaffenburg* Anno Domini MCCLXXX quarto, quarto nonas Aprilis. *de Gud.* Tom. I. pag. 809.

XXI.

SIGILLUM *HEINRICI II.* ARCHIEP. MOG.

ab an. MCCLXXXVI – MCCLXXXVIII.

Sigillum hoc litteris indulgentiarum reparationem Eccleſiae Collegiatae *B. M. V. ad Gradus* larga manu coadjuventibus anno 1287. ab *Henrico* conceſſis adpenſum eſt. Archi Epiſcopus mitra & pallio ornatus ſedet in faldiſtorio, ſiniſtra pedum tenet & dextra benedictionem impertitur. Sigillo inſcriptum eſt: † FR. HEINR. DI. GRA. SCE. MAGUNT. SED. ARCHIEPS. SACI. ip. p. GERMAN. ARCHICACELL. id eſt: Frater Heinricus Dei Gratia ſancte Maguntine ſedis Archi Epiſcopus ſacri Imperij per Germaniam Archicancellarius.

Inter Archiepiſcopus primus hic occurrit *Fr. Henricus* digitis manus dextrae porrectis dans benedictionem. Vocatur autem *Frater*,

humilitatem Patris ſui ſpiritualis Sancti *Franciſci*, cujus regulam antea ſecutus fuerat, etiam in adepta Archi Epiſcopatus dignitate imitaturus.

Denique *Sacri* vocem ſigillo inſcriptam nunc vice prima legimus.

Chartas *Henrici* refert Tomus Quintus.

Nitidam hanc ſigillorum Archi Epiſcopalium ſeriem continuatam excipit ſub n. I. Necrologium Monaſterij S. Panthaleonis Coloniae fideli manu congeſtum. De iſta fundatione perantiqua *Gelenius in Magnitudine Coloniae* p. 362. varia ſuggerit ſub nris II. III. & IV. mox legenda.

Colonienſis Eccleſiae documenta à n. I — XXXV. Rei Diplomaticae cultoribus eo gratiora erunt, quo rarius ejusmodi cimelia hactenus in lucem prodiere. Urbs Ubiorum ingentes poſſidet litterarum theſauros tam diu jam reconditos, ut omnis boni communis amans morae impatiens eorundem communicationem ardentiſſimis exoptet votis. Qua via faciliori ſocietas quaedam litteraria Provinciae Colonienſis hiſtoriam ſacram & profanam Diplomatibus inſtructam ſiſtere valeat, Tomus proxime ſequens edocebit.

Edidimus Tomo II. Subſidiorum pag. 74. Executoriales Precum Maximiliani I. Rom.

Regis

Regis an. 1487. Insinuationem Precum 1490. pag. 83. Revocatorias Innocentij VIII. PP. inhibitorialium de non admittendis Precibus Maximiliani I. 1489. pag. 85. Indultum Precum huic Regi Romanorum concessum 1492. pag. 88. & aliud indultum ejusdem PP. interpretatorium de anno 1497. pag. 95. Defuerunt autem, quae nunc supplemus sub n. XXXVI & XXXVII.

Brevia Honorij III. PP. a n. XXXVIII — LIX. e Regestis fideli manu extracta varias concernunt Germaniae Ecclesias; pleraque sunt argumenti non modici ponderis.

Pro complendis Rerum Magdeburgensium scriptoribus chronicon hujus Ecclesiae Archi Episcoporum n. LX. consignatur. Sequuntur a n. LXI — LXXVIII. statuta & documenta Ecclesiae Weilburgensis, quam Comites de Nassaw ab Ecclesia Wormatiensi in feudum tenere recognoscunt. Otto III. Rex ad petitionem & interventum dilecte avie Adelheidis Imperatricis Auguste & Willigisi Moguntine sedis Venerabilis Archiepiscopi nec non Evergeri Coloniensis Ecclesie digni Archi-Episcopi ac Gisalharij Magadalburgensis Ecclesie honorandi Archipresulis carique nepotis & equivoci Ottonis Ducis ob frequens ac devotum servitium, quod Hildebaldus Wangionensis Cle-

ri memorandus presul beate memorie Ottoni Imperatori Augusto careque genitrici Theophanu sepius exhibuit, Ecclesie S. Petri Principis Apostolorum dedit an. DCCCCXCIII. Abbatiam Wiliniburg cum omnibus appenditijs ad eam rite pertinentibus ecclesijs Poparte alijsque locis, vicis, villis, silvis & nominative Pipinesdorf vocatam ipsius ecclesie antiquam proprietatem . . ea videlicet ratione, ut idem Hildibaldus presul suique successores ad usum Ecclesiae Wangionensis prenominatam Abbatiam teneant & possideant in sui suorumque parentum memoriam ac etiam illorum, quorum providentia illius Abbatiae locus & monasterium est constructum. vid. *Scheid origines guelf.* Tom. IV. pag. 282.

Documenta a n. LXXIX ad CXVIII. illustrant Gesta sub Joanne II. Archiep. Mog. ubi benignus Lector etiam non monitus notabit, quod titulus pag. 235. positus: *Series documentorum &c.* ante documentum LXXIX. pag. 239. & sq. ponendus sit &c.

Valete Amici Lectores nostrisque laboribus & deinceps favete. E Museo nostro Wormatiae XVI. Calend. Decembris MDCCLXXXIII.

ELEN-



ELENCHUS CHARTARUM.

VI.

XIV.

XXII.



XXIX.

XXXVII.





LXV.

LXXXV.

CXII.





I.



I.

NECROLOGIUM ABBATUM MONASTERIJ S. PANTHALEONIS COLONIAE.

ab an. DCCCCLXIV — MDLXXII.

Anno Dominice Incarnacionis nongentesimo sexagesimo quarto *Bruno* Ecclesie Coloniensis Archi Episcopus vigesimus quintus, primique *Ottonis* Imperatoris Germanus monasterium Divi *Panthaleonis* *) extra urbis moenia fundavit, fratresque in laude divina pervigiles et solicitos sub monastice Benedictine regula instituit, quibus Abbatem preposuit *Christianum* nomine, sue videlicet professionis prothonomum et in lege Domini,

*) Quanquam sub *Ludovico* primo Imperatore ac *Lothario* ejus filio ecclesia extiterit beato *Panthaleoni* consecrata, quemadmodum in quadam ordinatione *Guntherij* Archi Ep. Colon. consentiente *Lothario*.

ni, ſicut hunc decuit ordinem, adprime eruditum, cui quidem ordinato hoc breve commonitorium de occidentis partibus ſcripſit, ut ſis quod vocaris, cura gentilitati ne degeneres, id ſerio triumpha, ut non ſicut prius antiquetur, ſed de virtute in virtutem ut eatur nava. Obijt vero *Remis* quum annis prefuiſſet duodecim anno Domini 965. cujus corpus *Coloniam* delatum in Cenobio Divi *Panthaleonis*, quod ipſe inchoaverat, perficiendumque ordinaverat, conditum eſt Anno Imperij *Ottonis* primi. 29.

Primus Abbas noſtri monaſterij.

CHRISTIANUS primus hujus monaſterij Abbas efficitur anno Dominice Incarnationis nongenteſimo ſexageſimo quarto, obijt vero anno Domini milleſimo primo duodecimo Calendas Aprilis ſub *Gregorio* quinto Romano Pontifice *Evergero* Archipraeſule Colonienſi *Ottoneque* tercio Imperatore, cum prefuiſſet annis quadraginta ſex, ſepultus in choro ſancti *Petri* ante armarium. *)

Secun-

*) Extat epiſtola *Benedicti* ejusdem nominis *VII.* Romani Pontificis ad eundem *Chriſtianum* Abbatem, qua privilegia noſtro monaſterio per *Brunonem* couceſſa corroborat, obque amorem Imperatoris *Ottonis II.*, quem *Rome* cum *Theophania* in Eccleſia Lateranenſi *Ottone* ſeniore annuente corona imperiali inſignierat, ac *Theophanie* Imperatricis petitionem, nec non et propter *Guarini* Archiepiſcopi jocunditatem addidit honorem non ante conceſſum, quod videlicet ſupradictus Abbas

Dal-

Secundus Abbas noſtri monaſterij.

REGINBERTUS ſecundus hujus monaſterij Abbas ſucceſſit anno predicto videlicet milleſimo primo. Obijt autem anno Domini Milleſimo quinto decimo, ſexto Calendas Novembris ſub *Benedicto VIII.* Pontifice Romano et *Henrico II.* Imperatore ac *Heriberto* Archi Epiſcopo Colonienſi quum prefuiſſet annis tredecim ſepultus in choro Divi *Petri* ante armarium.

Tertius noſtri monaſterij Abbas.

KILIANUS tercius noſtri monaſtarij Abbas anno ſupra annotato ſcilicet 1015. ſucceſſit, obijt vero anno Domini Milleſimo decimo nono, ſub Pontifice, Archi Epiſcopo, Imperatore preſcriptis, decimo nono calendas januarij. At ubi ſepultus? ambigitur, quum ejusdem nominis ſecundus Divi *Martini* cenobij extiterit Abbas.

Quartus noſtri monaſterij Abbas.

FOLBERTUS quartus noſtri monaſterij Abbas ſive potius coadjutor, ac primus Tuitienſis monaſterij Abbas, qui ut in vita Divi *Hereberti* legitur, multorum extitit pater monachorum, quippe cui propter egregiam vite converſationem ſcientiam quoque et dilectionis abundantiam non ſolum prefati cenobij verum etiam monaſteriorum ſancti *Panthaleonis* ſanctique *Viti* cura et providentia

A 2 com-

Dalmaticam et ſandalia induat, ſicque ſua licentia epiſcopalem ſervet honorem in ſecula ſeculorum. videatur paulo infra.

commissa fuit, hujus extat epistola ad fratres monasterij Divi *Panthaleonis* scripta, in qua protestatur, se curam fratrum suscepisse. Sepultus est in monasterio Divi *Hereberti* cui primus prefuit Abbas in sacello *S. joannis Baptistae* Idibus Aprilis anno Domini 1021. tricesimo die post Divi *Hereberti* obitum.

Quintus nostri monasterij Abbas.

HELIAS quintus nostri monasterij Abbas efficitur anno 1019. Hic uti chronographus quidam Wissenburgensis asserit simul monasterio nostro Divique *Martini* in *Colonia* prefuit annis viginti tribus. Hujus eciam *Helie* Abbatis meminit *Vincentius in speculo bistoriali volumine* 4. *lib*. 26. *cap* 14. annumerans eundem inter insignes et vita et sciencia Abbates illius temporis. Is insuper Divum *Herebertum* Agrippinensis Ecclesie Archi Episcopum, quemadmodum in vita ejusdem recensetur, ad extrema deductum, oleo sacro secundum Apostoli *Jacobi* preceptum perunxit, simulque corporis et sanguinis Dominici sacramentis munivit ac visionibus clarissimis fuit instructus, quod eadem infirmitate idem sacratissimus Pontifex sine dubio esset e corpore migraturus. Obijt vero anno Domini 1042. pridie idus Aprilis sub *Clemente II.* PP. Romano *Hermanno II.* Archi presule Coloniensi cognomento nobili et *Heinrico III.* Imperatore, sepultus in monasterio Divi *Martini*, cui Abbas prefuit 23. annis, in sacello Divi *Benedicti* Abbatis.

Sex-

Sextus noſtri monaſterij Abbas.

AARON ſextus noſtri monaſterij Abbas eodem anno videlicet 1042. ſucceſſit Pontifice, Archi Epiſcopo, Imperatore predictis. Hic cantum nocturnalem de beato *Gregorio* Pontifice et Domino Apoſtolico *Leone* compoſitum has in partes ipſo tradente ab Italia primus attulit. Moritur autem anno Domini 1052. 14. calendas Decembris quum prefuiſſet annis decem, ſepultus in choro ſancti *Petri* Apoſtoli.

Septimus noſtri monaſterij Abbas.

HEMERICUS hujus nominis primus ac ſeptimus noſtri monaſterij Abbas anno predicto videlicet 1052. ſucceſſit. Obijt vero anno Domini 1066. ſub *Gregorio VII. Annone* ejusdem nominis ſecundo Colonienſi Archi Epiſcopo et *Heinrico IV.* Imperatore VII. Idus Novembris quum prefuiſſet annis octodecim ſepultus ante altare Divi *Nicolai* Epiſcopi.

Octavus noſtri monaſterij Abbas.

HUMBERTUS octavus noſtri monaſterij Abbas anno predicto videlicet 1066. ſucceſſit. Hic campanam mediam *Maria* vocitatam ſancto *Panthaleoni* hoc epigrammate teſte contulit.

Me dedit *Humbertus* Abbas virtute refertus,
Quam poſt iſtorum renovavit grex monachorum.

Obijt vero anno Domini 1082. ſub *Urbano II.* Romano Pontifice *Sigevino* Colonienſi Archi Epiſcopo et *Henrico IV.* Imperatore, VII. Idus Octob-

 ris

ris postquam prefuisset annis viginti sex sepultus in choro Divi *Petri* Apostoli.

Nonus nostri monasterij Abbas.

HERMANNUS ejusdem nominis primus, nonus nostri monasterij Abbas comes Zutphanie eodem anno videlicet 1082. successit, hic construxit oratorium in honore *sancte Crucis* et duodecim Apostolorum hac inscriptione teste: Anno Dominice Incarnationis 1094. Indictione secunda nonis julij hoc oratorium ab humili *Herimanno* Abbate fundatum dedicatum est a venerabili *Herimanno III.* Archiepiscopo, qui dives cognominatus est in honore *sancte Crucis* et *duodecim Apostolorum* etc. Hic eciam coronam deauratam hoc carmine rythmico teste sancto *Panthaleoni* contulit:

Has inter gemmas *Herimannus* fulgeat Abbas
Hoc opus Ecclesie qui mira condidit arte,
Nam muros, portas et turres atque plateas
Que dilecta Deo gemmis ornatur et auro.
Huic lapides vivi pressura cede politi
Aptantur merito virtutis ordine certo,
Surgit in excelsis urbs inclita visio pacis
Sorte locis justa *Christus* disponit in illa
Ipsaque pulchra fide, dives spe, fortis amore
Sicut sponsa viro celesti jungitur agno
Hinc stabiles muri lapides ejus preciosi
Structure ratio loquitur presentis et ordo
Hec est illa fide quam fundavere prophete,
Que per Apostolicas pandit sua menia gemmas
Hierusalem structam sanctis in montibus urbem.
Hinc super aptantur vigiles, urbemque tuentur.

Mo-

Moritur demum anno Domini 1121. ſub *Honorio II.* Romano Pontifice *Friderico I.* Archi Epiſcopo Colonienſi ac *Henrico V.* Imperatore, poſtquam annis quadraginta prefuit, ſepultus in Oratorio Apoſtolorum quod ipſe vivens conſtruxerat.

Decimus noſtri monaſterij Abbas.

RODOLPHUS decimus noſtri monaſterij Abbas anno predicto ſcilicet 1121. ſucceſſit, primum Abbas cenobij *S. Trudonis* Leodienſis Dioceſis ubi annis duodecim prefuerat, turbatis enim jam ante (ut ipſemet in *Sermone de inventione Thebeorum Martirum* refert) per annos aliquot eccleſia et regno ſub *Henrico* Imperatore, cujus Pater *Henricus Leodij* obijt, multi Epiſcoporum et Abbatum et de omni ordine et gradu clerici et monachi expulſi a ſuis ſedibus hac illacque ferebantur propter communionem Imperatoris quam vitabant, quia excommunicaverat eum Dominus Papa *Calixtus* ſecundus, ſecutus in eum ſententias Predeceſſorum ſuorum *Gelaſij* atque *Paſchalis.* Hac tempeſtate eademque de cauſa eoque maxime qui *Frederici* Leodienſis Epiſcopi electioni et conſecrationi faverent, expulſus ſum et ego de cenobio beati *Trudonis* Idus Aprilis feria quarta Dominice Reſurrectionis, cum in eo indignus preſediſſem annos jam duodecim et duos menſes et ut puto quatuordecim dies, ſuſceptuſque ſum eodem anno miſericorditer ab Archiepiſcopo Colonienſi *Frederico* ejuſdemque eccleſie ſtudio et fratrum electione poſitus ſum Abbas in Cenobio beati *Panthaleonis*

extra muros civitatis octavo Idus Septembris, cum jam vacasset a quarto Calendas januarij. Hunc *Rudolpum* (quanquam fratrum se electione asseveret assumptum) fuisse credimus, quem *Fredericus* Archiepiscopus Coloniensis violenter intrusit, de qua fertur miraculum in vita Divi *Brunonis* nostri monasterij fundatoris. Proinde utrum nostri Cenobij Abbas obierit et ubi sepultus sit ignoratur. Floruit autem sub predictis Pontificibus et *Henrico V.* Imperatore, prefuitque ferme annis tribus, Cujus eciam meminit *Johannis Trithemius in libro de Ecclesiasticis scriptoribus* ita inquiens. *Rudolphus* Abbas sancti *Trudonis* in Diocesi Leodiensi Ordinis Divi Patris *Benedicti* natione Theutonicus vir in Divinis scripturis jugi exercitatione peritus et in secularibus litteris non infime doctus, carmine valens et prosa et musicus excellens nec minus opere quam scientia clarus, scripsit utroque stilo non spernenda opuscula, de quibus feruntur:

Contra Symoniacos li. VII.

Chronica quoque li. I.

Carmina multa.

Cantus eciam in *laude sanctorum*, plures dulci et regulari melodia composuit. Claruit sub *Henrico quinto* Anno Domini 1125.

Undecimus nostri monasterij Abbas.

GERHARDUS undecimus nostri monasterij Abbas efficitur anno Domini 1123. sub Pontificibus ac Imperatore prescriptis, senioque confectus quum curam

curam paſtoralem adminiſtrare non ſufficeret, in preſencia Rdi Dñi *Arnoldi I.* ejusdem nominis Archiepiſcopi Colonienſis ac Priorum monaſterij baculum paſtoralem reſignavit, quum prefuiſſet annis 24. Moritur autem anno Domini 1148. 6. nonas Octobris ſepultus in ſacello Divi *Martini* ſub *Eugenio III.* Pontifice, *Arnoldo* Colonienſi Archipreſule et *Conrado III.* Imperatore.

Duodecimus noſtri monaſterij Abbas.

WOLBERO duodecimus noſtri monaſterij Abbas efficitur anno 1147. poſtquam Rdus pater *Gerbardus* adminiſtrationem reſignaſſet, Obijt autem anno Domini 1165. 5. Idus Aprilis ſub *Alexandro* ejusdem nominis III. Romano Pontifice, *Reynoldo* Archi Epiſcopo Colonienſi ac *Friderico I.* cognomento *Barboroſſa* Imperatore poſtquam prefuit annis viginti tribus, ſepultus ſub ſacello Dive *Margarete* virginis, cujus hoc extat epitaphium:

Corporis exuvias hic depoſui tumulandas,
Preſidiumque pie ſub tegmine ſpero *Marie*
Sit requies anime, ſit plena ſolucio culpe.

Tercius decimus Abbas.

WICQMANNUS tercius decimus noſtri monaſterij Abbas eodem anno videlicet 1165. ſucceſſit. Moritur autem anno Domini 1169. pridie Idus Septembris quum prefuiſſet annis 4. ſub *Alexandro III.* Romano Pontifice, *Philippo* Colonienſi Archi Epiſcopo ac *Frederico I.* ſepultus in ſacello Divi *Martini* ſub turri.

Quartus decimus Abbas.

HENRICUS Campensis ejusdem nominis primus, quartus decimus nostri monasterij Abbas, anno eodem videlicet 1169. successit, moritur autem anno 1196. 1. Kal. Octobris sub *Bonifacio VIII.* Romano Pontifice, *Adulpho* Coloniensi Archiepiscopo et *Henrico* ejusdem nominis VI. postquam prefuit annis 15. sepultus in choro Divi *Petri* Apostoli.

Quintus decimus Abbas.

WALDAVERUS quintus decimus nostri monasterij Abbas eodem anno videlicet 1196. successit. Hic primum Abbas extitit Cenobij Divi *Pauli* in *Trajecto* inferiori, antea vero nostri monasterij monachus. Verum senio confectus baculum pastoralem coram Prioribus resignavit anno Domini 1200. sub *Bonifacio VIII.* Romano Pontifice, *Adulpho* Coloniensi Archi Episcopo et *Henrico VI.* Imperatore, prefuit autem annis ferme IV. sepultus in choro Divi *Petri* Apostoli.

Sextus decimus Abbas.

HENRICUS de *Werdena* ejusdem nominis II. sextus decimus nostri monasterij Abbas efficitur anno eodem videlicet 1200. Hic primum Prepositus fuit Cenobij Divi *Ludgheri* in *Werdena*, verum cum destituta esset ecclesia nostra Abbate per resignacionem R. Patris *Waldaveri* fratribus discordantibus ex consilio Domini *Adulphi* Coloniensis Archi Episcopi et Priore monasterij convenerunt in Prepositum *Henricum* Ecclesie *S. Ludgheri* de *Werdena.*

na.

na. Sub isto *Henrico* anno Domini 1208. 3. Idus Aprilis allata sunt nobis reliquie capitis beati *Panthaleonis* patroni nostri, que per *Henricum* de *Ulmene* a *Constantinopoli* cum alijs innumeris reliquijs translate et ab eodem per Dominum *Albertum* Abbatem *de Lacu* nobis transmisse ac cum maxima veneracione tocius cleri et populi suscepte, recondite sunt cum alijs preciosissimis reliquijs in capite argenteo et deaurato. Moritur tandem anno 1220. 3. Idus septembris sub *Clemente IV.* Romano Pontifice, *Engelberto* Coloniense Archi Episcopo et *Friderico II.* Imperatore postquam annis prefuit viginti, sepultus ante altare Divi *Nicolai* Episcopi.

Decimus septimus Abbas.

HENRICUS ejusdem nominis III. decimus septimus nostri monasterij Abbas, monachus antea nostre congregationis, anno eodem videlicet 1220, successit, moritur vero anno 1227. septimo Calendas Februarij postquam prefuit annis septem sub *Gregorio* 10. Romano Pontifice, *Henrico I.* Archipresule Coloniensi ac *Friderico II.* Imperatore, sepultus ante altare Divi *Nicolai* Episcopi.

Decimus Octavus Abbas.

SIMON Decimus octavus nostri monasterij Abbas anno eodem videlicet 1227. successit, moriturque anno Domini 1230. 18. Calendas Septembris. quum prefuisset annis 3. sub Pontificibus et Imperatore prescriptis sepultus in sacello Divi *Martini* sub turri.

De-

Decimus nonus Abbas.

HENRICUS ejusdem nominis IV. Decimus nonus nostri monasterij Abbas cognomento *de Hurne* anno eodem videlicet 1230. sucessit, Obijt vero anno Domini 1242. 8. Calendas Martij cum prefuisset annis 12. sub *Gregorio X.* Romano Pontifice, *Conrado* Coloniense Archipresule et *Henrico VII.* Romanorum Rege, sepultus ante altare Divi *Nicolai.*

Prescripti Abbates omnes in Chronicis nostri cenobij reperiuntur dempto *Folberto* primo Abbate monasterij Tuitiensis.

Vicesimus Abbas.

HERIMANNUS ejusdem nominis II. vicesimus nostri monasterij Abbas Comes de *Kessele* anno predicto videlicet 1242. successit, moriturque anno 1255. 16. Calendas Maji quum prefuisset annis 13. sub *Nicolao III.* Romano Pontifice, *Conrado* Archi Episcopo Coloniense et *Conrado* Romanorum Rege, sepultus ante porticum oratorij Divi Patris nostri *Benedicti.*

Vicesimus primus Abbas.

EMBRICO vigesimus primus nostri monasterij Abbas anno eodem videlicet 1255. successit. Hic primum monachus extitit *Bruwylrensis* cenobij a quo in Abbatem fuit postulatus, moritur autem anno Domini 1283. 4. Calendas januarij quum prefuisset annis 37. sub *Honorio IV.* Romano Pontifice, *Engelberto* Archi Episcopo Coloniense et *Ru-*

dol-

dolpho Imperatore, sepultus in oratorio sancte *Crucis*.

Vicesimus secundus Abbas.

GODEFRIDUS de *Belle* vigesimus secundus nostri monasterij Abbas eodem anno videlicet 1263. successit. Hic campanam majorem *Christina* appellatam hoc epigrammate attestante renovavit:

Me veterem fidus renovat Abbas *Godefridus*
Fudit *Suwardus* mea vox dulcis quasi nardus
Annis millenis ter C. tres addita denis,
Quater sum nata, quater *Christina* vocata.

Hec eadem campana anno Domini 1523. quinto transfusa et ampliata fuit per *Albertum Hagman* sub reverendo Domino *Joanne de Oyskyrchen*, a quo eodem anno ipso die *Simonis et Jude* Apostolorum consecrata est, hac impressione teste:

Anno Milleno trecent tres adde decemque
Abbas *Gotfridus* me olim quarto renovavit
Rursus *Joannes* Abbas me nunc reparavit,
Albertus fudit quarto cognominis *Hagman*
Anno milleno quingent - vige - quoque terno
Nomine *Christinam* nunc et semper vocitatam.

Moritur tandem *Godefridus* anno 1313. 3. Calendas Novembris, quum prefuisset annis 36. sub *Clemente* 5. Romano Pontifice, *Sifrido* Archi Episcopo Coloniensi et *Ludovico* IV. Imperatore sepultus ante altare *sancte Crucis* quod nunc *Albini* est in latere dextro.

Vi-

Vicesimus tertius Abbas.

THEODORICUS vicesimus tertius nostri monasterij Abbas anno eodem videlicet 1313. successit. Hujus tempore corpus Divi *Albini* protomarthyris Anglie, quod trecentis et quinquaginta annis apud nos latuerat, populo primum ostensum est anno Domini 1327. Moritur autem anno Domini 1337. 4. Calendas Octobris sub *Benedicto* XII. Romano Pontifice *Henrico* hujus nominis II. Coloniensi Archi Episcopo et *Carolo* IV. Imperatore, quum annis prefuisset triginta, sepultus in choro sancti *Petri* Apostoli.

Vicesimus quartus Abbas.

EMUNDUS de *Cussino* vicesimus quartus nostri monasterij Abbas, anno eodem videlicet 1337. successit, moritur autem anno Domini 1344. 5. Calendas junij, quum prefuisset annis 18. sub *Innocentio* VI. Romano Pontifice, *Walramo* Archipresule Coloniensi et *Wenceslao* Imperatore sepultus ante altare *sancte Crucis* quod nunc *Albini* est in latere sinistro.

Vicesimus quintus Abbas.

CONRADUS de *Briga*, vicesimus quintus nostri monasterij Abbas, eodem anno videlicet 1344. successit. Hic caput Divi *Panthaleonis* martiris (quanquam et sub *Henrico* II. Abbate eadem referantur) sub *Cunonis* nomine insculpti, quemadmodum ex anni computacione conjicere licet, cum ceteris sacro sanctis reliquijs aurea capside reconditis, hoc epigrammate attestante:

Transtu-

Transtulit *Henricus Ulmen* de sedibus ortus,
De victis Grecis hoc pignus *Panthaleonis*,
Abbas me *Cuno* fieri fecit *Panthaleoni*,
Anno Milleno L. X. unoque triceno.

Moritur vero anno Domini 1363. 13. Calendas januarij, quum prefuisset annis 27. sub *Urbano* V. Romano Pontifice, *Wilhelmo* Archi Episcopo Coloniensi et *Wenceslao* jmperatore, sepultus ante altare Divi *Nicolai* Episcopi.

Vicesimus sextus Abbas.

HEIDENRICUS *de Rundorp* vicesimus sextus nostri monasterij Abbas anno eodem successit scilicet 1363. Moritur vero anno Domini 1373. VII. Idus octobris quum prefuisset annis decem. sub *Gregorio* II. Romano Pontifice, *Egelberto* III. Coloniensi Archi Episcopo et *Reperto* Imperatore sepultus ante altare Divi *Nicolai*.

Vicesimus septimus Abbas.

HILGERICUS *de Wichtrich* vicesimus septimus nostri monasterij Abbas anno predicto videlicet 1373. successit, solicitus in ornatu ecclesie et necessarijs edificijs cenobij nostri incendij consumpti reparator. Moritur vero anno Domini 1391. 18. Calendas Aprilis postquam prefuit annis 34. sub *Clemente* VII. Romano Pontifice *Frederico* III. Coloniensi Archi Episcopo et *Sigismundo* Imperatore, sepultus ante altare Divi *Nicolai*.

Vice-

Vicesimus octavus Abbas.

HEMERICUS ejusdem nominis secundus cognomento *Nuel* vicesimus octavus nostri monasterij Abbas eodem anno videlicet 1391. successit, moritur autem anno Domini 1401. VI. Calendas julij quum prefuisset annis X. sub *Bonifacio* IX. Romano Pontifice, *Friderico* Archipresule Coloniensi et *Sigismundo* Imperatore prescriptis, sepultus in choro sancti *Petri* Apostoli.

Vicesimus nonus Abbas.

HERMANNUS ejusdem nominis III. cognomento *Zeinwelghyn* vicesimus nonus nostri monasterij Abbas, anno eodem videlicet 1401. XVI. Calendas Maji postquam prefuit annis XVIII. sub *Martino* V. Romano Pontifice *Friderico* Archiepiscopo Coloniensi et *Sigismundo* Imperatore, sepultus ante altare sancte *Crucis*, quod nunc *Albini* est altare.

Tricesimus Abbas.

JOHANNES ejusdem nominis primus de *Cussino* tricesimus nostri monasterij Abbas anno eodem videlicet 1419. successit moritur anno Domini 1425. cum prefuisset annis septem sub *Nicolao* (debuisset poni) *Martino* V. Romano Pontifice, *Theoderico* Coloniensi Archiepiscopo et *Frederico* III. Imperatore, sepultus ante altare *sancte Crucis* quod nunc *Albini* est.

Tricesimus primus Abbas.

WILHELMUS de *Juliaco* tricesimus primus nostri monasterij Abbas sive administrator potius, quum mo-

monaſterij Divi *Viti in Gladbach* Abbas extiterit, floruit anno Domini 1526. verum quando obierit, ignoratur, ſepultus eſt in ſacello Divi *Martini* ſub turri.

Triceſimus ſecundus Abbas.

LUDOVICUS de *Ulmesheym* triceſimus ſecundus noſtri monaſterij Abbas, qui ſucceſſit anno Domini 1429. de cujus conſenſu noſtri monaſterij incepta eſt reformatio anno Domini 1446. ſub *Theoderico* Archiepiſcopo Colonienſi ac ejus fratre *Friderico* Comite Mörſenſe ſolicitatore, ipſo die commemorationis ſanctiſſimi Patris noſtri *Benedicti.* Moritur autem anno Domini 1447. 5. jdus januarij ſub *Nicolao* V. *Theodorico* Colonienſe et *Friderico* III. Imperatore preſcriptis, quum prefuiſſet annis 17. ſepultus in choro *S. Pauli* Apoſtoli.

Triceſimus tercius Abbas.

JOHANNES ejusdem nominis ſecundus *de Vorſt* triceſimus tertius noſtri monaſterij Abbas anno eodem videlicet 1446. ſucceſſit, qui trium monaſteriorum extitit Abbas noſtri videlicet, *Mathie* ac *Maximini* Dioeceſis Treverenſis. Moritur autem anno Domini 1452. pridie nonas junij, poſtquam prefuit annis decem *Pio* II. Romano Pontifice *Theoderico* Archi Epiſcopo Colonienſi et *Frederico* III. Imperatore, ſepultus in choro *Divi Pauli* Apoſtoli.

Tricesimus quartus Abbas.

JOHANNES ejusdem nominis tertius *de Zuzato* cognomine *Veet* tricesimus quartus nostri monasterij Abbas eodem anno videlicet 1452. successit, moriturque anno Domini 1460. sub *Paulo* Romano Pontifice, *Theoderico* Archiepiscopo Coloniensi et *Maximiliano* Romanorum Rege, postquam prefuit annis octo sepultus in sacello Divi *Martini* sub turri.

Tricesimus quintus Abbas.

JOHANNES ejusdem nominis quartus de *Dulckem* cognomento *Schunde* quondam Prior Carthusianorum in *Colonia*, tricesimus quintus nostri monasterij Abbas anno eodem videlicet 1460. successit, moriturque anno 1464. postquam prefuit annis quatuor sub *Sixto* Romano Pontifice, *Roberto* Coloniensi Archi Episcopo et *Maximiliano* Romanorum Rege, sepultus in sacello Divi *Martini* Episcopi sub turri.

Tricesimus sextus Abbas.

GOTFRIDUS LECHNICH tricesimus sextus nostri monasterij Abbas primum Prior Carthusianorum in *Colonia*, anno eodem videlicet 1464. successit, hic triennio ante obitum suum resignavit Abbatiam, commutando eandem pro Prepositura quadam prope Lacense Cenobium *Boicholz* dicta, que monasterio Divi *Viti* Gladbacensi incorporata est, moritur tandem apud eandem Preposituram anno Domini 1483. sub *Innocentio* VIII *Roberto* Coloniensi Archi Episcopo et *Maximiliano* Romanorum

norum

norum Rege, ubi et ſepultus eſt IV. nonas novembris.

Triceſimus ſeptimus Abbas.

JACOBUS *de Iſelſteyn* monachus primum profeſſus monaſterij Divi *Martini* in *Colonia* et paſtor ecclesie ſancte *Brigide* a viſitatoribus Archi Episcopo Colonienſi *Roberto* conſentiente eligitur in Abbatem anno Domini 1473. *Gotfrido de Lechnich* ab Officio Abbatiali depoſito. Verum idem *Gottfridus* expulſo *Jacobo* predicto Apoſtolica et imperiali authoritate reſtituitur anno Domini 1474. Obijt tandem in *Stauria* ejusdem monaſterij Abbas effectus anno Domini 1480.

Triceſimus octavus Abbas.

WILHELMUS cognomento *Borchoultz* triceſimus octavus noſtri monaſterij Abbas, primum monachus cenobij Divi *Viti in Gladbach* et Prepoſitus in *Boychoultz*, quam quidem Prepoſituram commutando pro Abbatia conſentientibus Archi Epiſcopo Colonienſi *Roberto* ac ſenioribus Conventus adhuc *Gotfrido* de *Lechnich* ſuperſtite Abbas eligitur anno Domini 1482. moritur tandem anno Domini 1496. IV. nonas Octobris ſub *Alexandro* VI. Romano Pontifice, *Hermanno* IV. dicto Pacifico Archi Epiſcopo Colonienſi et *Maximiliano* Romanorum Rege. ſepultus in ſacello Divi *Martini* ſub turri.

Triceſimus nonus Abbas.

ANDREAS *de Vratislavia* juris Pontificij Doctor, triceſimus nonus noſtri monaſterij

adhuc *Wilhelmo a Boycboultz* vivente Abbas eligitur anno Domini 1485. Hic primum monachus professus fuit in monasterio Wissenburgensi Ordinis Benedictini, verum ab *Hermanno* Archiepiscopo Coloniensi inde assumptus nostro preficitur monasterio in Abbatem, vite regularis ardentissimus observator ac solicitus nostri monasterij reparator existens, moritur autem anno Domini 1502. Idibus julij postquam prefuit annis 26. sub *Julio* II. Romano Pontifice, *Philippo* Archiepiscopo Coloniensi et *Maximiliano* Romanorum Rege, sepultus ante altare sancte *Anne* cum hoc epitaphio:

Hic jacet *Andreas* cui *Vratislavia* dives
patria, Schlesiaci gloria fama soli.
Insignis virtute fuit, gravitate modestus,
dogmate multiplici, preditus ille simul.
Pacificus, clemens, justus viteque Magister
fratribus exemplum mite, piumque dedit.
Relligionem opera vigili reparavit et auxit,
ille ruinosas cenobijque domos.
Ergo qui transis, Deus hunc pie dicito salva,
atque animam sanctis associato tuis.

Quadragesimus Abbas.

JOANNES ejusdem nominis quintus cognomento *Luninck* quadragesimus nostri monasterij Abbas eligitur anno eodem videlicet 1502. primum pastor ecclesie nostre parochialis Divi *Mauricij*, in edificijs monasterij et ornatu templi Domini solicitus reparator, moritur autem anno Domini 1514. nonis Aprilis sub *Leone* X. Romano Pontifice, *Phi-*

lippo

lippo Archi Epiſcopo Colonienſi et *Maximiliano* Romanorum Rege, poſtquam annis prefuit duodecim, ſepultus ante altare Divi *Albini* protomartiris Anglie, quod vivens extrui procuravit cum hoc epitaphio:

Anno Milleno quingent deno quoque quarto
Aprilis quinto Mercurijque die,
Ceſſit *Joannes* rigido fato inclitus Abbas
Lüninck cenobij gloria magna ſui.
Menſes ille novem undenos prefuit annos
Huic Deus requiem da ſine fine frui.

Quadrageſimus primus Abbas.

JOANNES ejusdem nominis ſextus de *Oyskyrchen* quadrageſimus primus noſtri monaſterij Abbas anno eodem videlicet 1514. ſucceſſit, *) moriturque anno Domini 1548. nonis Maji ſub *Paulo* III. *Hermanno* de *Weda* et *Carolo* V. Imp. Hic inſtituti Benedictini regularisque diſcipline exercitatione inſtructiſſimus extitit et noſtro cenobio laudabiliſſime prefuit, in edificijs neceſſarijs ſolertiſſimus reparator, in pauperes miſericors, afflictorum conſolator, diſſidentium pacificator, pietatis juſticieque ſpecimen, pacis ac caritatis amantiſſimus apud mites et humiles nemo humilior, contra improbos et elatos nemo vehementior, Dei Opt. Max. ſanctorumque ejus venerator pijſſimus adeo nimirum ut nulli priorum Abbatum humanitate, clementia, prudentia atque rerum cognicione nec jocun-

*) Id, quod ad finem hujus necrologij ſequitur, ex alio MS. deſumptum eſt.


jocundis cedens rebus nec animo adversis fracto. postquam annis 24. prefuisset obijt anno etatis 55.

Quadragesimus secundus Abbas.


BENEDICTUS hujus nominis primus monasterij nostri quadragesimus secundus Abbas longe dignissimus qui anno 38. decima Maji unanimis suffragijs eligitur *Paulo* III. Romano Pontifice, *Carolo* V. Imp. *Hermanno a Weda* Archi Episcopo Coloniensi. Fuit hic Abbatum temporum suorum facile nervus et gloria, quippe qui preter gravitatem non vulgarem, huicque parem conjunctam comitatem cum alijs heroicis varijsque animi tum corporis dotibus preditus erat, atque ob has ut erat gloria dignissimus, ita gloriae erat negligentissimus. Praefuit igitur non minus prudenter quam utiliter annis plus minus 18. quibus cum summa laude expletis moritur et ante aram Divi *Albini* sepelitur aō 1556. die Decima sexta Octobris.

Quadragesimus tertius Abbas.

HENRICUS MULHEM ejusdem nominis quintus quadragesimus tertius monasterij Abbas eodem anno 56. preficitur. Hic cum domus nostrae Gubernacula annos 16. tenuisset, moritur et sepelitur aō 1572. 12. Novembris sub *Gregorio* VI. Pontifice Romano, *Salentino* Archi Episcopo Coloniensi *Maximiliano* Romanorum Rege. —



II.



II.

ORDINATIO VENERABILIS ARCHI EPISCOPI COLONIENSIS GÜNTHARIJ CUM CORROBORATIONE REGIS LOTHARIJ LUDOVICI PRIMI IMPERATORIS FILIJ SUPER CONSCRIPTIONE QUADAM ECCLESIE DIVI PETRI, NEC NON MONASTERIORUM SANCTORUM GEREONIS, SEVERINI, CUNIBERTI, BEATARUM VIRGINUM, CASSIJ ET FLORENTIJ, VICTORIS AC ECCLESIE BEATI PANTHALEONIS HABITA ANNO DOMINICE INCARNATIONIS OCTINGENTESIMO QUINQUAGESIMO TERTIO, ANNO IMPERIJ LOTHARIJ UNDECIMO IN AQUISGRANI PALATIO REGIO.

In nomine omnipotentis Dei et ſalvatoris noſtri jeſu Chriſti *Lotharius* Divina annuente clementia Rex.

Si ad utilitatem ſervorum Chriſti divino preveniente nutu erigimur et eis authoritatem noſtre corroborationis largimur in his que ſibi in ſuorum ſumptuum neceſſitudinibus attributa eſſe noſcuntur, id nimirum nobis non ſolum ad preſentem vitam quietius tranſigendam, verum etiam ad eternam beatitudinem facilius adipiſcendam profuturum fore non ambigimus. Igitur omnium fidelium ſanćte Dei Eccleſie ac noſtrorum preſencium videlicet et futurorum noverit induſtria, quia

Guntharius venerabilis Agrippinensis ecclesie Gubernator et pius rector nostris detulit obtutibus quandam conscriptionem, in qua continebatur, qualiter ipse cum clero sancti *Petri* in memorata Agrippinensi civitate consistenti et reliquis sancte ecclesie fidelibus laicis cum consensu parique voto ordinaverint atque solemniter roborando statuerint uti deinceps Canonici in eadem sancta matre ecclesia seu et in ceteris monasterijs tam infra ipsam civitatem, quam que et extra, que ad eundem Episcopatum et Ecclesiam sancti *Petri* pertinere noscuntur id est, Monasterium martiris Christi *Gereonis* et sociorum ejus, sed et monasterium sancti Severini *Christi* confessoris, monasterium quoque sancti *Cuniberti*, monasterium *beatorum Virginum*, monasterium sanctorum *Cassij* et *Florentij* martirum, monasterium sancti *victoris* Christi Martyris, nec non et Ecclesia sancti *Panthaleonis*, que ad thesaurum et luminaria ejusdem matris ecclesie pertinere dinoscitur, sed et hospitale inibi ob pauperum receptionem constructum deinceps absque alicujus sumptuum indigentia pro omnibus temporibus consistere quivissent, deprecans nostram pietatem, ut eandem conscriptionem per nostrum confirmare pragmaticum non dedignaremur, verum nos ejus ordinationem pie examinando ratam atque necessariam rem arbitrantes, ut celestis suffragij nobis copiosior adsit gratia, hos excellentie nostre apices fieri statuimus, per quos precipientes jubemus, ut ecclesias predia villas, sive omnes res quas jam prefatus vir venerandus *Guntharius* tam in eadem

sancte

ſancta matre ecclesia, quam que et in reliquis Deo dicatis locis que ad eam ut ſupra prelibatum eſt, tam infra ipſam Colonienſem civitatem quam que et extra pertinent, ob utilitatem Canonicorum et ſtabilitatem earumdem ecclesiarum Chriſti divino ductus fervore per ſue delegationis ordinationem et nobilium virorum aſſenſionem corroboravit, deinceps in jure et gubernatione preſignatorum Canonicorum poteſtate et ordinatione perſeverent, nullusque eis aliquam contrarietatem aut diminutionem in eisdem rebus inferre quoquo modo preſumat, ſed hoc noſtro juvamine preveniente liceat eis easdem res in ſuorum ſumptuum utilitate et luminum preparatione quiete retinere et retinendo prout pie ſtatuerint in omnibus ordinare, quatenus delectet eos pro pij genitoris noſtri et genitricis anime ſalute et noſtra ſeu prolis noſtre ſtabilitate propenſius exorare divinam miſericordiam, et ut hec noſtre corroborationis authoritas pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem, manu propria ſubter eam firmavimus et anulo noſtro aſſignari precepimus.

Signum *Lotharij* ſereniſſimi Regis. *Heruotmundus* notarius ad vicem *Grimbaldi* recognovi Data XVIII. Calendas Februarij Anno Chriſto propitio regni *Lotharij* Glorioſi Regis XI. Indictione XV. Actum *Aquisgrani* palatio Regio, in Dei nomine feliciter, amen.

Ego in Dei nomine *Guntarius* firmavi.

Signum *Erimbaldi.* ſignum *Liudberti. S. Wicfridi*, ſignum *Sigebardi.* ſign. *Albolfi.* ſignum *Williberti.* ſign. *Alfuuardi* et *Werimbaldi.*



III.

EXEMPLAR LITTERARUM DE CONSTRUCTIONE ET LIBERTATE NOSTRI MONASTERIJ.

In nomine ſancte et individue Trinitatis. *Bruno* Eccleſiarum Chriſti famulus ejusdemque eccleſie filijs et fidelibus tam futuris quam preſentibus.

Quoniam non noſtro merito ſed divina miſericordia et amminiculo concordante cleri populique voto paſtoralis cure onus ſuſcepimus, competens et neceſſarium duximus, ut pro noſtris quotidianis exceſſibus, quos pro neceſſitate ac negotio regni, proque qualitate temporis contrahimus, aliquid remedij inter has procellas provideamus, nam et ratio exigit credite diſpenſationis et anteceſſorum noſtrorum bone actionis emolumentum, quos in decorem domus Domini aurum, argentum, lapideſque precioſos contuliſſe conſideramus, ut et nos pro modulo noſtro in donarijs ejusdem domus et ſi non amplius ſaxa cilicina vel pilos caprarum offeramus, neque enim ipſe pater familias quantum quis offerat, ſex ex quanta vel quali devotione offerat, conſiderat, voluntatem bonam remuneret et calicem aque frigide eterno pretio re-

com-



compenſet, novit itaque dilectio veſtra quod pro remedio anime noſtre et omnium fidelium, cenobium ſancti *Panthaleonis* ex noſtris proprijs et liberis rebus inſtituimus, ipſumque monachorum collegio nobilitantes ab omni prorſus obſonio epiſcopali liberum eſſe permittimus, et quia eosdem fratres Dominos et intercesſores apud Deum eſſe volumus, juſtum eſt, ut quieti et ſaluti eorum ſumma diligentia proſpiciamus, ſtatuimus ergo ſub divini conteſtatione judicij et auctoritate ſancti *Petri* et Domni Apoſtolici *Agapiti* nec non noſtri Officij, ut nullus Regum vel Epiſcoporum Ducum ſive Comitum, nullus unquam hominum cujuscunque dignitatis vel conditionis audeat ejusdem ecclesie rebus ſibi collatis ſive conferendis moleſtiam inferre vel quaſi ex jure vel debito quicquam violenter exigere vel exinde uſurpare. Poſt obitum vero Abbatis nulla auferendi cauſa fiat diſſenſio de ornamentis quibus in Dei ſervitio utuntur, ſed diligenter in integro ſerventur et conſignentur in futuri ſucceſſoris miniſterio, quia ſacrilegium committit, qui hujusmodi aliquid auferre preſumpſerit, locum etiam defuncti nullus penitus obtineat, niſi quem votiva fratrum electio ſecundum timorem et amorem *Chriſti* de ſuis ſibi preeſſe voluerit, ut nulla oriatur occaſio, qua minus devoti tam in divino ſervicio quam in ſue profeſſionis deprehendantur propoſito, ſi autem Dominis ſucceſſoribus noſtris pro ſtatu et negotio regni ultra alpes proficiſcendum eſt, ab Abbate prefate ecclesie pro charitate ſpadicem validum ac-

accipiat sed nudum, si vero infra, vehiculum absque jumentis, quod post expeditionem, si super fuerit, restituat, ne vel in hoc damnum ecclesie nostre inferat. Observantes divina misericordia hic custodiat et in die judicij ad dexteram suam statuat, contemnentes vero anathematis vinculo innodatos cum diabolo et angelis ejus eternis ignibus perpetuo consumendos tradat. Hanc libertatis chartam Domni Imperatoris fratris nostri *Ottonis* Augusti consensu et auxilio roboratam sigilli nostri impressione confirmamus et eam quolibet modo, qualibet arte vel ingenio infringentem ab omni Christiana communione perpetuo, nisi resipuerit, segregatum Patris et filij et spiritus sancti et sancti *Petri* authoritate anathematizamus, annuente etiam ipso imperatore et filio ejus, Ducibus quoque faventibus *Herimanno* Saxonum, *Theodorico* Bavarorum, *Henrico* Lotharingorum ac reliquis totius curie primatibus subscripserunt et Domini et Coepiscopi nostri *Wilhelmus* Moguntinus, *Henricus* Treverensis, *Theodoricus* Metensis, *Witfridus* Veronensis, *Baldaricus* Leodicensis, Assidentibus venerabilibus Abbatibus *Christiano* ejusdem cenobij Patre primo *Adamaro* Fuldensi, *Odilone* stabulensi, *Buuone* Corbiensi, *Bernado* Prumiensi, Domno quoque *Poppone Folcmaro*, *Enizone* cum magna parte cleri et familia sancti *Petri*. Acta *Colonie* die Penthecostes nongentesimo sexagesimo quarto a redemptionis nostre exordio, Domni *Ottonis* Imperatoris nostri primi Imperij anno vicesimo octavo Pontificatus nostri undecimo.

IV.



IV.

DIPLOMA LITTERARUM APOSTOLICARUM BENEDICTI EJUSDEM NOMINIS SEPTIMI ROMANI PONTIFICIS AD ABBATEM PRIMUM MONASTERIJ NOSTRI CHRISTIANUM PRIVILEGIA ET LIBERTATES NOSTRO CENOBIO A FELICIS RECORDATIONIS BRUNONE FUNDATORE CONCESSA CONFIRMANTIS.

B*enedictus* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei valde amabili in omnipotenti Deo, filio *Chriſtiano* religioſo ac digniſſimo Abbati venerabilis monaſterij ſancti *Panthaleonis*, quod ſitum eſt juxta latus civitatis, que vocatur *Colonia*, omnimodam in Domino ſalutem.


Convenit Apoſtolico moderamini pia relligione pollentibus benivola compaſſione ſuccurrere et poſcentium animis alacri devocione impertire aſſenſum, hoc enim lucri potentiſſimum premium apud conditorem omnium reponitur Deum, ſi venerabilia loca oportune ordinata ad meliorem fuerint ſine dubio ſtatum perducta, igitur quia veſtre excellentie laudabilis manſuetudo poſtulavit a nobis quatenus ſtatum monaſterij ſancti *Panthaleonis* cum omnibus quę ad illud pertinent et pertinere debent, noſtro judicio roboraremus, quod predictum quidem monaſterium a fundamentis edi-

edificavit ex proprijs ſuis rebus *Bruno* quondam Archiepiſcopus, frater Domni *Ottonis* Imperatoris Auguſti filij noſtri pro ſue anime redemptione et ibidem congregationes monachorum congregavit ſub regula beati *Benedicti* Abbatis Confeſſoris Chriſti et ſicuti conceſſum et confirmatum fuit a prefato quondam *Brunone* venerabili Archi Epiſcopo ipſum ſupradictum monaſterium cum omnibus rebus et poſſeſſionibus, ita et nos Apoſtolica auctoritate omnia in integro concedimus et confirmamus detinenda amodo et nunc et imperpetuum, ſtatuimus namque ſub divini judicij obteſtatione et beati *Petri* Apoſtolorum Principis noſtreque humilitatis interdicione, ut nullus unquam regum, nullus Epiſcoporum nullusque hominum in quolibet ordine et miniſterio conſtitutus audeat moleſte cauſis ejusdem monaſterij incumbere aut de rebus et poſſeſſionibus vel utenſilijs et ornamentis que ei pertinere videntur, quoquo modo auferre aut alienare preſumat, poſt obitum vero Abbatis, nemo ibidem Abbatem conſtituat, niſi quem conſenſus et communis voluntas fratrum ex ipſa congregatione elegerit, hoc privilegium concedimus et confirmamus ſicut ſupra legitur pro Dei omnipotentis amore et anime noſtre redemptione et dilectione chariſſimi confratris noſtri *Guarini* ejusdem loci Epiſcopi, ſi quis autem, quod non optamus, nefario auſu contra hujus noſtri Apoſtolici privilegij conſtitutionem agere preſumpſerit, ſciat ſe anathematis vinculo innodatum et a regno Dei alienum et cum omnibus impijs in eterni ſuppli-

pli-

plicij concrematione deputandum, at vero qui pio intuitu custos et observator in omnibus extiterit, benedictionis gratiam et misericordiam Domini nostri *Jesu Christi* consequi mereatur in secula seculorum. Ad hec etiam supradicte ecclesie addimus honorem non ante concessum ob amorem Imperatoris et peticionem Imperatricis nec non et propter jocunditatem dilectissimi fratris nostri *Guarini* Archi Episcopi, ut ipse supra dictus Abbas Dalmaticam et sandalia induat, sicque nostra licentia episcopalem, ut ita dicam, servet honorem in secula seculorum. Scriptum per manum *Stephani* Notarij regionarij et Scrineonarij sancte romane Ecclesie in mense Novembris indictione quinta. *Bene Valete.* Acta V. Calendas Novembris per manum *Stephani* Episcopi sancte Narniensis ecclesie et bibliothecarij sancte sedis Apostolice anno Pontificatus Domini *Benedicti* sanctissimi Pape VII. anno tertio, Imperante Domino nostro *Ottone* Imperatore anno nono in mense Novembri indictione instante quinta.

Hec charta prescripta per manum *Stephani* notarij predicti scripta jacet retro summum altare sancti *Panthaleonis* sub sanctuario et libris in asseribus ibidem.



V.

FUNDATIO ECCLESIAE COLLEGIATAE S. GEORGIJ COLONIAE. *)

In nomine ſanctae et Individuae Trinitatis.

Anno ſecundus **) Colonienſis Archi Epiſcopus omnibus in Chriſto fidelibus ſalutem.

Juſtum eſt, ut qui Rectores Eccleſiarum dicimur, et ad tempus ſumus eccleſiis nobis Commiſſis pro poſſibilitate noſtra in tempore noſtro, et deinceps utiliter, et benigne provideamus, quod nos mente pertractantes, et quam periculoſum ſit cum eo, qui corda ſimul, et opera penſat, ex aequo dimicare conſiderantes, ut ſanctorum Dei interceſſione ſalvaremur, propoſuimus nobis ſanctos Martyres Chriſti ad auxilium rogationis pacis precatores advocare.

Eccleſiam itaque Beati *Georgij* Martyris, quam nos ante *portam*, quae *Alta* dicitur fundavimus, et

*) *Gelenius de admiranda magnitudine Coloniae ſacra et civili pag. 318.* diploma hoc ſed mancum affert et mutilum, quod nunc exhibemus integrum.

**) Natus in Caſtro *Stetzelingen* in Suevia e progenie de *Hohenlande* et *Sonnenberge.* inauguratus eſt V. non. Martij MLVI. ad vitam immortalem deceſſit prid. nonas Decembris MLXXV.

et exaedificavimus, facultatibus ecclesiasticis in tantum locupletare constituimus, quantum possit illic Deo famulantium necessitates sustentare ad tempus, et facultates nostras supra modum non viderentur minuere, Concessimus ergo Ecclesie praefatae, cunctisque ibidem Deo militantibus haec praedia de facultatibus nostris, et *Beati Petri.*

Sorethe cum omnibus appendiciis praeter decimam, agris cultis, et incultis, vineis rutis et erutis, et eruendis, viis, exitibus, et reditibus, aquis, aquarumque decursibus, molis, molendinis, molendisiis, silvis, venationibus, piscationibus, et omnibus omnino utilitatibus, quibus nos, et antecessores nostri usi sumus, utique potuimus.

Holtzheim cum omnibus appendiciis et reditibus.

Polheim cum omnibus reditibus absque decima.

Vochena cum omnibus reditibus suis, et justiciis praeter decimam.

Ecclesiam in *Ruthenesberg* cum omni decimatione ad Supplementum Praebendae fratrum eo modo tradidimus, ut quicunque fuerit Praepositus, praefatae hujus sit pastor Ecclesiae, Ecclesiam quoque in *Holtzheim* similiter.

In *Lurich* duos mansos solventes decem solidos, et duos modios tritici in *Hombere* dimidiam partem Ecclesiae.

 Ec-

Ecclesiam in *Berche* cum omni decima.

In *Lengestorph* curjam unam habentem septem mansos cum vineis, et areis solventibus novem solidos sexdenarios 1. obulum.

Decaniam quoque, quae nostri juris erat super omnes parochianas ecclesias in pago Bunnensi, et Arensi sitas tam matres, quam filias cum omni subjectione et justicia Christianitatis praeter altarium dona suprema judicia, et pro redimendis servitiis census, quarto anno, qui ad archi diaconatus officium spectant et eodem prorsus modo quo alias in *Ludpekowe* Ecclesiae sanctae *Mariae in Gradibus* benigne concessimus, omnem quoque decimam de Sylvis rutis, erutis, et eruendis, per totam eandem Decaniam.

Ecclesiam quoque *S. Mariae* in *Nottbusen* in suburbio civitatis Coloniensis juxta ripam *Rheni* sitam cum Banno, et omni justicia synodali, et saeculari una cum subjecta sibi villa, et omnibus suis justiciis, areis solvendis, vigiliis et operibus, et omnibus omnino utilitatibus quibus nos usi sumus, ut praefatae Ecclesiae *S. Georgij* Martijris eodem jure haec subjecta sit, quo *S. Joannis Baptistae* ecclesia ecclesiae *S. Severini* Confessoris subest.

Continebant siquidem privilegia ecclesiae *S. Severini* confessoris, sui Juris esse bannum usque ad portam, quae apellatur alta, quem quidem a Canonicis et Praeposito eiusdem Monasterii per concambium accepimus, et 12. areas infra ambitum

tum exterioris clauſtri 3ia novem extra ſolventes ſingulis annis quinque ſolidos, et ſex denarios donantes eis pro banno, et areis quinque libras ſingulis annis de Decimatione, quae eſt *Meginhardesbagen*, et *Liudolvesceilb*, atque *Solomeon* quas quidem tenuit Palatinus Comes in beneficium, ſed hoc apud illum effecimus, quod vobis ſponte eam reddidit.

Hunc itaque bannum cum ſua determinatione usque ad portam ſupradictam, et ex altera parte usque ad ripam *Rbeni* a termino arearum, quae ex meridiana parte monaſterii ſitae ſunt, extra clauſtrum exterius eidem donamus Eccleſiae *S. Georgij* Martyris, et ibidem Deo famulantibus.

Vineas quoque eidem eccleſiae contulimus in *Alvetra*, quae noſtri juris erant, et partem ſylvae cum manſis duobus ſolventibus 11. ſolidos, et area ibidem ſita, et ſtercoratione de decem manſis, pro qua villico quinque ſolidos reddidimus, de opere ſeptimanario, ut debitum ſervitium compleat more ſolito.


Molendinum unum in *Juliacbo*, et vineas juxta *Moſellam* in quinque Locis *Raftecba*, *Urzecba*, *Liemena*, *Sigenel*, *Votthenae* ultra *Rbenum* vero *Bielebeim*, *Berentrapb*.

In *Weſtphalia* decem libras de decimatione veſtitui fratrum deſtinatas quae etiam in Beneficio Palatini Comitis fuerant.

In *Hurnezvelt* ad duas libras, in *Gelre* Ecclesiam cum omni decimatione circa *Menetbene* decimas solventes tres libras exceptis triginta denariis.

Haec igitur omnia, et quaecunque juste accquiri, et addi possunt, primo sub tutela *S. Romanae* Ecclesiae per manus Venerabilis Papae *Nicolai*, cujus etiam scripta ad corroborationem ejusdem rei continentur apud nos, diligenter commisimus, ac deinde non solum Coloniensis ecclesie verum etiam comprovincialium ecclesiarum consensu, et astipulatione, sigilli nostri impressione, et banni authoritate corroborari decrevimus, ut nemo tam firmae traditionis violator esse praesumat, nisi qui anathematis sententiam, et aeternum gehennae incendium nullatenus pertimescat.

Anno Dominicae Incarnationis Millesimo Sexagesimo septimo, actum publice in Ecclesia *S. Petri Coloniae* feliciter in *Christo*.



VI.


MONASTERIO SIGEBURCH DONATUR VILLA MENGEDE.

In Nomine sancte et Individue Trinitatis. *Heinricus* Divina favente clementia Rex: omnibus *Christi* nostrique fidelibus tam futuris quam presentibus notum esse volumus, qualiter nos ob reme-

medium anime Patris nostri pie memorie *Heinrici* Imperatoris Augusti nostramque in Xto perpetuam felicitatem. instinctu quoque fidelis nostri *Adalberti* Hamaburcensis Archi Episcopi nec non ob fidele servitium *Annonis* Coloniensis Archi Episcopi ad Monasterium in monte antiquitus *Sigeburch* novo autem nomine mons *Sti Michaelis* nominato a predicto *Annone* Archi Episcopo constructum villam unam *Mengede* dictam in pago *Westphal* in comitatu autem *Herimanni* Comitis sitam. cum omnibus appendiciis hoc est utriusque sexus mancipiis. areis. edificiis. agris. campis pratis. pascuis silvis venationibus terris cultis et incultis aquis aquarum decursibus. molis molendinis piscationibus exitibus et reditibus viis et inviis quaesitis et inquirendis in proprium dedimus atque tradidimus ea videlicet ratione ut predicti Monasterii Abbas cum consilio Coloniensis Archi Episcopi liberam inde potestatem habeat tenendi commutandi precariandi vel quicquid ad communem fratrum utilitatem voluerit faciendi. et ut hec nostra Regalis traditio stabilis et inconvulsa omni permaneat tempore hanc chartam inde conscribi manuque propria corroborantes Sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

Signum Domni *Heinrici* quarti Regis. *Sigehardus* Cancellarius vice *Sigefridi* Archicancellarii recognovi.

Data VI. Id. Augusti anno Dominice Incartionis MLXV. Indict. III. anno autem ordinat



Domni *Heinrici* quarti Regis XII. regni vero VIIII.
Actum *Triburi* in Dei nomine feliciter. Amen.



VII.

MONASTERIUM SIBERCH EX DONATIONE HENRICI REGIS ACQUIRIT PRAEDIUM QUOD ETOLPHUS MINISTER DICTI REGIS BENEFICIO HABUIT.

In Nomine sancte et Individue Trinitatis. *Heinricus* divina favente clementia Rex. Si Sacerdotum *Xti* curam gerere eorumque honestis petitionibus consentire studuerimus apud Deum et homines gloriam et gratiam consecuturos non esse non dubitamus. quapropter omnibus *Xti* nostrique fidelibus notum esse volumus qualiter fidelis noster et dilectus sancte Colonie Archi Episcopus *Anno* nostram clementiam adiit sueque Ecclesie quam in honorem *Sti Michaelis* Archangeli in monte qui dicitur *Siberch* construxit. predium quoddam quod *Etolphus* Minister suus ex nostra proprietate beneficio habuit. ex Regali nostra munificentia donari atque confirmari postulavit. cujus honeste petitioni devotissime consentire decernentes pro remedio anime nostre et ob dilectissime contectalis nostre atque regni nostri consortis *Berthe* Regine beatitudinem. nec non pro interventu fidelium nostrorum videlicet *Sigifridi* Moguntiacensis Archi Episcopi, *Wecelini* Magadaburgen-

gensis Archi Episcopi *Burchardi* Halverstedensis Episcopi. *Rudulphi* quoque Ducis Suevorum. *Ottonis* ducis Saxonum. *Dedi* Marchionis. ac per devotissimum predicti Archi Episcopi servitium et caritatem. predium disideratum situm in loco *Astmerij* in Comitatu *Herimanni* Comitis in pago *Avelljowe* cum omnibus suis appendiciis vel utilitatibus eidem predio juste pertinentibus. id est. mancipiis utriusque sexus. terris cultis et incultis. areis edificiis. pratis. pascuis. silvis. aquis aquarum decursibus. piscationibus molis molendinis viis et inviis exitibus et reditibus. quesitis et inquirendis. ceterisque omnibus utilitatibus. per hanc nostram regalem paginam predicte Ecclesie *Sti Michaelis* in monte *Siberch* in proprium concedimus atque largimur ea videlicet ratione ut idem predictus Archi Episcopus sibique successuri liberam de eadem proprietatem post hinc habeant. quicquid eis placuerit ad usum Ecclesie faciendi facultatem. tenendi dandi commutandi precariandi. et ut haec nostra Regalis munificentia firma stabilisque omni permaneat temporis aevo. hanc cartam inde conscriptam manu propria corroborantes Sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

Signum Domni *Heinrici* Regis quarti. *Pyro* Cancellarius vice *Sigefridi* Archicancellarii recognovi.

Datum IIII. Kl. Junii anno Dominice Incarnationis M.L.X.V.III. Indict. VI. anno autem ordinat. Domni *Heinrici* XV. regni vero XI. actum *Sosaz* feliciter. Amen.



VIII.

ALEXANDER II. PP. CONFIRMAT LIBERTATES MONASTERIJ SIBERGENSIS.

Alexander servus servorum Dei. Dilectis filiis Abbati et Conventui Monasterij *Sigebergensis* ordinis Sti *Benedicti* Coloniensis Diecesis salutem et Apostolicam Benedictionem. Cum a nobis petitur quod justum est et honestum. tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis. ut id per solicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. ea propter Dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu omnes libertates et immunitates a Romanis Pontificibus predecessoribus nostris nec non libertates et exemptiones secularium exactionum ab Imperatoribus Regibus, Principibus ac aliis *Christi* fidelibus rationabiliter vobis indultas sicut eas juste ac pacifice obtinetis vobis et per vos Monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et Beatorum *Petri* et *Pauli* Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum *Viterbii* Id. Maji. Pontificatus nostri Anno quarto.

IX.



IX.

ALEXANDER II. PP. MONASTERIUM SIBERCH MUNIMINE APOSTOLICO CONFIRMAT.


A*lexander* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. *Annoni* Ste Colonienſis Eccleſie Venerabili Archi Epiſcopo in *Xpo Jhu* fratri Cariſſimo. quod a nobis Deo dilecte frater expetis. ex officio ſuſcepto et auctoritate Apoſtolica univerſis debemus Eccleſiis. videlicet ut cum aliquis fidelium in vinea Domini Sabaoth laborans propagines ejus extenderit. nos eam ſepiendo munire convenit. ne vel a praetereuntibus conculcetur. vel a latrunculis in labores alienos detur aditus. quare mihi in Deo dilecte frater. tecum agendum eſt longe aliter quippe apud virum religioſum et revera tam operibus quam nomine Epiſcopum. quique cum fidelis ſervus et prudens totis anhelans viſceribus proprie deſervis Eccleſie. de medio laborum matrem laborantem reſpiciens pios ei ſubponis humeros. ne labori ſuccumbens cum per multa inceedas obſtacula declines a via regia. atque hoc eſt. quod nos preter commune penſum in omnem voluntatem tuam excitas. etiamſi ab Apoſtolica ſede petiſſes aliquid difficillimum. queris igitur in Deo dilecte frater. quatenus cenobium Monachorum quod in honorem Sti *Michaelis* Archangeli *in monte* pie devotionis edificare laboras ſtudio. nos muni-

mine confirmemus Apostolico. cui juste postulationi tue tam facilem quam debitum prebemus assensum. itaque ex parte Dni nri *Jhu Xpi* et sancte Dei genitricis *Marie* Scōrumque Apostolorum *Petri* et *Pauli*. omniumque scōrum Electorum confirmamus et corroboramus cenobium seu Abbatiam supradictam in perpetuum. scilicet ne qua persona magna vel parva. non aliquis successorum tuorum. non Rex aut comes. nullus inquam hominum ex ea quicquam ad destructionem illius loci demoliri audeat. verum omnibus inibi juste collatis atque conferendis pax sit permanens et inconvulsa. illud quoque auctoritate statuimus Apostolica. quatenus prima ista quae modo instituitur apud Monachos ipsius loci permaneat consuetudo. sitque illis de abbate libera elatio. sive de semetipsis in ipso cenobio. seu utilius eis visum fuerit undecumque magis religiosum sibi preponendi liberum habeant arbitrium secundum Regulam Sti *Benedicti*. Si quis igitur hujus nostri privilegii temere violator extiterit. et monitus canonice emendare contemserit. perpetui anathematis vinculo se innodandum noverit. nisi forte resipicens digne satisfecerit. qui vero pia devotione observator esse studuerit. precibus Apostolorum Principum *Petri* et *Pauli* peccatorum suorum omnium ab omnipotenti Deo consequatur veniam. et eterne beatitudinis mereatur gloriam.

Datum *Laterani* id. Maji per manus *Petri* Sce Romane Ecclesie subdiaconi atque Cancellarii vice

ce Domini *Annonis* Coloniensis Archi Episcopi et Sce sedis Aplice Archi Cancellarii. anno V. Pontificatus Domni *Alexandri* II. Pape Indictione IIII. *Ex autographo.*

Haec Bulla extat mutilata apud Lünig spicileg. Eccles. fortsetzung 1. Theil. p. 330.



X.

FRIDERICUS ROM. REX CONSENTIT IN EMPTIONEM BONORUM PORCETENSIUM IN COSTHEIM.

F*ridericus* Dei gratia Romanorum Rex et semper Augustus universis Christi fidelibus ad quos presens pagina pervenerit in perpetuum. Notum facimus universis quod nos propter urgentem necessitatem et manifestam utilitatem Ecclesie *Porcetensis*,*) alie nationem factam de bonis in *Costem* cum suis pertinentijs, que dicta Ecclesia de consensu et auctoritate venerabilis, et dilecti Principis nostre *Engelberti* **) Coloniensis Archi Episcopi nostri Provisoris et Regni Ecclesie beati *Stephani* in *Maguntia* pro certa pecunie vendidit quan- titate

*) Parthenon Ord. Cisterc. in *Burscheid* haud procul ab *Aquisgrano.*

**) Erat e comitibus Montensibus An. MCCXVI. prid. Kal. Martij feria II. post Dominicam Quadragesimae omnium suffragio electus, an. MCC XXV. VII. Id. Novembris feria VI. a sicarijs perimitur.

titate, ratam habemus et eam nostri scripti munimine confirmamus. In cujus rei testimonium et firmitatem presenti pagine sigillum nostrum jussimus appendi. Datum apud *Wormatiam* II. nonas septembris. Indictione XIII. *)

4. Sept. 1225.

*) De hisce bonis Porcetensis monasterij divenditis vid. *Joannis Tom. III. pag. 529.*



XI.

DETERMINATUS CONVENTUALIUM BRUNWILLARIENSIUM NUMERUS CONFIRMATUR AB ARCHIEPISCOPO.

Conradus Dei gratia sanctae Coloniensis Ecclesiae Archi Episcopus sacri Imperij per Italiam Archi Cancellarius dilectis in Christo Abbati *Emechoni* de *Cloteno* et Conventui Brunwilariensium salutem in Domino sempiternam. Vobis et vestrae providere Ecclesiae volentes ne per preces importunas nobilium Gravamen super aliqua re receptioni personarum ultra numerum a vobis juramento vallatum, praesentium vobis auctoritate mandamus in virtute sanctae obedientiae praecipientes obedire sub poena excommunicationis, quam in vos et in quemlibet vestrum ferimus, si contrarium feceritis, attendentes vobis, quemadmodum hoc ipsum etiam quondam Dominus *Conradus* Apo-

Apostolicae sedis aliquando Legatus a latere in his terris vos restrinxerit, ob rogatum Domini *Godesmanni* vestri monasterij aliquando Abbatis religiosi. Ergo sine nostra speciali licentia nil attentetis super eundem numerum quadragesimum vos aggravantes in omnium vestrum periculum animarum. Dat. anno Domini MCCXLVII.

Ex Annalibus Bruwillariensibus fol. 128. b.



XII.

CONRADUS ARCHI EPISCOPUS COLONIENSIS APPROBAT DIVISIONEM CERTORUM BONORUM PERCIPIENDORUM INTER ABBATEM ET MONASTERIUM BRUNWILLAR.

C*onradus* Dei gratia sanctae Coloniensis Ecclesiae Archi Episcopus dilectis Abbati et Conventui monasterij Bruwilerensi ordinis Divi *Benedicti* salutem in Domino. Nostri debitum exposcit officij ut personas Ecclesiasticas, curae nostrae commissas pia prospiciamus solertia in his quae salutis ipsorum augmentum ita afferunt fructuosum, quod et necessitatibus earum subveniatur et quietis etiam tranquillitas procuretur. Ea propter justis vestrae devotionis supplicationibus inclinati ordinationem quam de consensu et consilio provide in vestro monasterio statuistis, per quam quidem ordinationis seriem abbati

bati tempore discreta bonorum ipsius monasterij ad necessarios sustentationis usus portio limitaretur, residua parte ad conventum permansura perpetuo prout litteris desuper confectis plenius continetur, ratum habentes in nomine Domini confirmamus et scripti praesentis patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere aut ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare praesumserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum ejus *Petri* et *Pauli* ac sententiam excommunicationis se noverit incursurum. Datum *Coloniae V.* Kal. Maji Anno Domini MCCLV.

Ex Annalibus Bruwillariensibus fol. 129.



XIII.

CONVENTUALES BRUNWILLARIENSES NUMERUM QUADRAGENARIUM NON EXCEDANT.

Conradus miseratione Divina Portuensis et *S. Rufinae* Episcopus sedis Apostolicae Legatus a latere Abbati et Conventui in *Brunwilare* salutem in Domino sempiternam. Dum secundum assertionem vestram Abba *Godesmanne* facultates vestri monasterij ad victum quotidianum fratribus ibidem Deo servientibus non possint sufficere competenter, et de die in diem sustineatis magnas instan-

cias

cias a viris potentibus pro receptione plurium personarum nobis humiliter supplicastis, ut super hoc vobis providere misericorditer dignaremur, nos vero volentes vestrae providere quieti vobis legationis qua fungimur auctoritate mandamus in virtute sanctae obedientiae, quatenus in vestro monasterio ultra numerum XL. monachorum nullatenus recipiatis, nisi forte Deo auxiliante tantum excrescerent vestri monasterij facultates, ita tamen, quod ex ipsis bonis monasterij personis pluribus possit provideri. Datum *Coloniae* Anno Dominicae Incarnationis MCCXXV. Kalend januarij.

Ex Annalibus Brunwillariensibus fol. 126.

XIV.

ABBAS BRUNVILLARIENSIS SUPPLICAT, UT MONACHUS QUIDAM CLERICI PERCUSSOR ABSOLVATUR.

Venerabili in Christo et discreto Domino *S. Mariae ad Gradus* in *Colonia* Decano, in spiritualibus Vicario *Leonius* Dei misericordia Abbas et Prior cum toto conventu monasterij *S. Nicolai* in *Brunwilre* orationes in Christo nostras devotas.

Cum Dominus noster Archi Episcopus Coloniensis auctoritate sua ordinaria vobis commiserit, ut dicitur, absolutionem impendendi clericis

vel

vel alijs qui manus violentas in clericos sive monachos injecerunt, Hinc est quod *Arnoldus* dictus *Scholle* frater et monachus nostri monasterij in ordine subdiaconatus constitutus in *Gerlacum* clericum secularem ordinis acolitus rectorem scolarium juvenum manus violentas injecit, dando ei manu sua ictus ad caput, ex quibus tamen ictibus sanguis non profluxit, nec alias atrociter loesus fuit ab eodem. Discretionem ergo vestram rogamus, quatenus ipsum *Arnoldum* monachum nostrum a sententia excommunicationis, quam ex hoc incidisse creditur, auctoritate vobis concessa misericorditer absolvatis et dispensetis cum eodem si necesse fuerit, quod etiam desideramus per vestras cognoscere litteras sine dilatione. In cujus rei testimonium nos Abbas dictum *Arnoldum* nostrum monachum cum litteris nostris ad vos direximus. Datum feria IV. post festum *Gereonis* Martiris anno Dominice Incarnationis MCCLXXXXI.

Ex Annal. Brunwillar. fol. 138. *a.*

XV.

ORDINATIO CIRCA STUDIA, EMANCIPATIONEM MONACHORUM BRUNVILLARIENSIUM.

W*ickboldus* Dei gratia sancte Coloniensis Ecclesie Archi Episcopus dilectis in Christo Abbati et Conventui monasterij *S. Nicolai* in *Brauwilre*

wilre ordinis *S. Benedicti* salutem in Domino sempiternam. Statuta predecessorum nostrorum de institutione novellorum monachorum renovamus, primo ut de cetero adolescentes monachi de magisterio non emancipentur, nisi primum sint diaconi et Cantor cum eorum Magistro eos comprobaverint absolvi, demum Prior cum senioribus eorum meritis exigentibus viderint expedire, tunc Prior et seniores pro eisdem apud Abbatem possunt absolutionem petere, et si quod absit, per suos amicos vel per se aut per alium clam vel manifeste laboraverint et in hoc deprehensi fuerint ex tunc per biennium continuum omnino spem emancipationis amittant et iterum sub jugo magisterij sciant se obligatos, nisi postea Prior cum senioribus et eorum directoribus testimonium tale dederint coram Domino Abbate resignationis et humilitatis si illis videretur dignum ut absolutionem a magisterio obtinere debeant; non tamen ex toto absolutionem obtineant, ne ipsa juventus que semper lasciva transit in preceps propter facile libertatis indultum. Si quis se huic ordinationi opposuerit disciplinam condignam non evadat sui pro tunc Abbatis etc.

Ex Annal. Brunvillar. fol. 141. *b.*



XVI.

WICKBOLDI ARCHI EPISCOPI COLONIENSIS MANDATUM AD ABBATEM BRUWILERENSEM, NE PER AMICOS FRATRUM AD CAPITULARIA NEGOTIA ABBATI PUERI MONACHI OBTRUDANTUR.

W*ickboldus* Dei gratia ſanctae Colonienſis Eccleſiae Archi Epiſcopus ſacri Imperij per Italiam Cancellarius dilectis in Chriſto Abbati et Conventui Bruwylerenſi ſalutem in Domino.

Accedens ad praeſentiam noſtram dilectus in Chriſto *Leonius* Abbas nobis humiliter ſupplicavit, ut noſtro mandato ſtricte reſtringeremus quorumdam juvenum monachorum temeritatis audaciam, quod ſe in cauſis monaſterij intromittunt volentes eſſe capitulares culparum et cauſarum antequam abſoluti ſint a magiſterio, quapropter juſtis veſtris o Abba petitionibus inclinati praecipimus ſub poena excommunicationis nullum monachorum a Magiſterio abſolvi, niſi eorum Magiſtro ac Priori in Senioribus viſum fuerit expedire. Nulli ergo noſtram *confirmationem* prohibitionem liceat infringere nec ei auſu temerario contraire. ſi quis autem contra eam prohibitionem venire praeſumpſerit, Dei omnipotentis *B. Mariae V.* et Beatorum Apoſtolorum *Petri* et *Pauli* ſimiliter et noſtram indignationem ſe noverit incurſurum; adjciens etiam quod deinceps non recipiatis ultra nume-

me-

merum vobis ſuperius poſitum, quoad uſque monaſterio major arriſerit facultas. Datum Anno Domini MCCLXXXXVII. IV. Idus Februarij.

Ex Annal. Bruwillar. fol. 138. *b.*

XVII.

ORDINATIO CIRCA ALIMENTATIONEM ABBATIS RESIGNANTIS.

W*ickboldus* Dei gratia ſancte Colonienſis Ecclesie Archi Epiſcopus ſacri Imperij per Italiam Archi Cancellarius univerſis preſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Noveritis quod nos attentis meritis religioſi viri in Chriſto nobis dilecti *Leonij* olim Abbatis monaſterij *S. Nicolai* in *Brauwilere* ac propter hoc volentes ipſum proſequi ſpeciali favore et gratia de conſenſu communi et unanimi voluntate et conſenſu Domini *Ludolphi* Abbatis et Conventus dicti monaſterij ordinamus et ſtatuimus quod idem *Leonius* quondam Abbas et ejus capellanus cum uno famulo ſpecialem habeat manſionem et eidem quondam Abbati deputamus ſingulis annis, quoad vixerit, de reditibus Abbatie recipiendas et ſolvendas quatuor carratas vini XX. maldra tritici et totidem ſiliginis et L. maldra havenae, quos reditus precipimus ſub pena excommunicationis late ſententie in his ſcriptis ſibi ſingulis annis aſſignari. Ceterum omnia utenſilia, equos, pecora et mobilia

bilia per ipſum comparata volumus ſibi reſervari. Ut autem haec omnia eidem obſerventur, ſigillum noſtrum una cum ſigillo Abbatis et Conventus monaſterij predicti preſentibus eſt appenſum. Datum anno Domini MCCLXLVIII.

Ex Annal. Bruwillar. fol. 140.




XVIII.

HENRICUS DE VIRNEBURGH ARCHI EPISCOPUS COLON. RESCRIBIT CONTRA QUOSDAM IRREGULARES MONACHOS BRUVILLARIENSES.

Henricus de *Virneburgh* ſancte Eccleſie Colonienſis Archi Epiſcopus etc. religioſo D. Priori monaſterij *S. Nicolai* Brauwilerenſi ſalutem in Domino ſempiternam in vinculo virtutis et pacis. Pervenit ad nos dilecte in Chriſto *Godefride* Prior, quod aliqui ex veſtris monachis videlicet *Engelbertus*, *Hermannus* et *Theodericus* rejecto habitu regulari B. *Benedicti* Abbatis tibi et conventui tuo in diſciplina et obſervantia regulari inobedientes exiſtunt et incorrigibiles, nedum iſtis contenti, verum etiam bona monaſterij hinc inde rapiunt et violenter ſuis uſibus applicare non formidant et hoc in favorem illius qui ab ipſis et eorum complicibus eſt temere electus. Quare tibi mandamus in abſentia tui Abbatis, ut eorum veſanie fortiter obvies, quatenus eoſdem in premiſſis culpa-

pabiles teneri ſtudeas atque nobis preſentes, quos cum preſentaveris, volumus auctore Deo cum moderamine ad obedienciam debitam reducere. Datum in *Godesberch* Caſtro noſtro.

Ex Annal. Brunvillar. fol. 147. *a.*



XIX.

CHARTA BALDUINI ARCHI EP. TREVIR. IN CAUSA PERMUTATIONIS QUORUNDAM BONORUM CUM MONASTERIO BRUVILLAR.

B*aldewinus* Dei gratia ſancte Trevirenſis Eccleſie Archi Epiſcopus ſacri Imperij per Galliam Archi cancellarius nec non totum Eccleſie noſtre Capitulum notum facimus univerſis tam preſentibus quam futuris litteras has viſuris et audituris quod pro jure et omnibus areis ac eo quod vulgariter der Nederwalt dicitur ac alijs omnibus juribus *Esſche* propter *Cochemo* et ejus oppidi pertinentijs quod religioſi viri Abbas et Conventus monaſterij Brawilerenſis ordinis *S. Benedicti* Abbatis Colon. Dioc. habebant vel habere poterant hactenus, pro quibus reditus infra ſcriptos videlicet duo maldra frumenti quod vulgariter kerne appellatur ſex maldra avene ſex hordei quartalia, duas libras piperis duodecim pullos LX. ova et LX. ſcutellas, que nobis annis ſingulis in caſtrum noſtrum *Cochemo* ex eorum curte ſita apud *Clotten* ex bonis dicte

curtis debentur ipſis religioſis recipientibus in Cambium et permutationem remiſimus damus tradidimus perpetuo per preſentes. Inſuper ijsdem religioſis gratiam volentes facere ſpecialem ſuper deductione vinorum ſeu crementi, quemadmodum huc uſque eis arriſit ſecundum eorum privilegia auctoritas hoc expoſcens. quam quidem ſpecialem gratiam largimur et tribuimus nedum in deductione vinorum verum etiam et aliorum bonorum uſque locum ubi necta Renum influit, ex his gaudere volumus pacifice et quiete. In quorum omnium teſtimonium ſigilla noſtra his ſcriptis ſunt appenſa. Anno Domini MCCCXXIX. in die B. *Agathe* virginis et Martiris.

Ex Annal. Bruwillar. fol. 154. *b.*



XX.

W. ARCHIEP. COLON. QUALITER MONASTERIO BRUWILAR. DEBITIS ONERATO SUCCURRERIT.

W*alramus* Dei gratia ſ. Colonienſis Eccleſie Archiep. ſacri Imperij per Italiam Archi Cancellarius dilecto nobis in Chriſto *Friderico* Abbati, *Joanni* Priori totique Conventui monaſterij *S. Nicolai* Brauwiler. ordnis *S. Benedicti* noſtre dioc. Colon. ſalutem in Domino ſempiternam. Ex debito noſtri urgemur officij, ut primum his ordina-

dinationibus que in evidentem utilitatem Ecclesiarum et monasteriorum nostre diocesis procedere dinoscuntur adhibeamus consensum, ut eas per decretum et auctoritatis nostre interpositionem robore valido solidemus. Ea propter etiam per providentiam vestram divina favente gratia, qua monasterium vestrum, quod diversis gravibus fuit oneribus debitorum et quasi ad extremam exinanitionem perductum ad aliquem reparationis statum noverimus pervenisse, vos, ut idem monasterium possessionis recuperetis diu deperditas et in statum pristinum et antiquum salubriter restauretis per conceptum ordinationis vestre, cui hec scedula presens est transfixa, totis desiderijs anhelare. Nos itaque ut ipsam ordinationem vestram confirmemus et ad observantiam ipsius ne infringatur inposterum vos arctemus a vobis humiliter requisiti, vestris justis precibus duximus annuendum, et quia ex diligenti inquisitione pluribus et solennibus tractatibus premissis prefatam vestram ordinationem in evidentem utilitatem predicti vestri monasterij procedere invenimus, eidem in omni forma, ut jacet, auctoritatem nostram interponimus pariter et assensum, ipsam ordinationem nostra auctoritate fulcitam in omni sua forma diligenter observetis, nec eam aliquo modo violare aut eidem contra ire presumatis. Alioquin in vos si nobis non parueritis suspensionem ab ingressu Ecclesie et in singulos qui culpabiles fueritis in premissis, excommunicationis sententiam sex dierum monitione pro tercia et canonice premissa ex

 nunc

nunc prout ex tunc ferimus in his scriptis. Datum anno Domini MCCCXXXVII.

Ex Annalibus Bruwillar. fol. 155. *a.*



XXI.


LITTERAE CONFRATERNITATIS INTER MONASTERIA STEINFELT ET BRUWEILER.

Venerabilibus viris ac Dominis Abbati Priori, totique conventui monasterij in *Bruwilre* Ord. *S. Benedicti* Colon. Dioc. *Marsilius* Dei patientia Abbas Prior et totus Conventus Ecclesie Steinfeldensis Ordinis Premonstratensium ejusdem diocef. in Domino jesu Christo salutem et per sex dies hujus erumnose vite manna colligere et in Sabbato requiescere cum beatis.

Considerantes, quod hujus seculi viatoribus ad eterne beatitudinis felicitatem comprehendam nulla (testante Apostolo) prodesse possunt beneficia, si non fuerint charitatis operibus insignita, qua propter nostre vite peregrinationis terminum hujus supreme virtutis operibus prevenire pia liberalitate volentes alter alterius comportando, vobis vestrisque successoribus ex nunc in antea in perpetuum nec non familiaribus et benefactoribus vestris damus et per presentes conferimus plenam participationem et fraternitatem omnium bonorum operum nostrorum in missis, psalmis, hymnis,

nis, vigilijs et commendationibus, orationibus, obſecrationibus ac alijs omnibus et ſingulis bonis que de cetero per nos Dominus omnipotens dignabitur operari. Preter hoc adjicientes quod ſingulis annis in perpetuum infra tempus quadragegeſimalis jejunij ſpecialiter pro vobis et veſtris ſucceſſoribus familiaribus et benefactoribus ſolennem memoriam, prout in ordine noſtro conſuetum eſt fieri, peragemus, quam peragendam noſtro calendario annotavimus inſcribentes. In cujus donationis et collationis teſtimonium preſentes litteras ſigillis noſtris videlicet Abbatis et Conventus predictorum fecimus communire. Datum in Eccleſia noſtra predicta Anno Domini MCCCL. menſis Martij die prima.

Ex Annalibus Brauwilrenſibus fol. 157. b.



XXII.

R. ARCHI EPISCOPI COLONIENSIS RESCRIPTUM AD BRUWILARIENSES POST PERACTAM APUD EOSDEM VISITATIONEM.

Ropertus Dei gratia ſancte Colonienſis Eccleſie electus et Confirmatus Archi pontifex ſacri *Romani* Imperij princeps Elector ac per Italiam Archi Cancellarius, Weſtphalie et Angarie Dux etc. Ven. et Religioſis *Everhardo* Abbati, Priori et Conventui Monaſterij *S. Nicolai* in *Brauwilre* ordinis


nis *S. Benedicti* salutem in Domino et nostris firmiter obedire mandatis.

Cum nos pridem ex visitatione Ordinaria vestrum monasterium comperimus in spiritualibus et temporalibus, quod dolenter referimus, miserabiliter a sua primeva solenni institucione collapsum et destitutum, unde non immerito animadversione nostra negligentes plecti deberetis, in hoc tamen partim placati, quod fere omnes prompti et resignati estis ad emendandum aut non impediendum, quod idem vestrum monasterium ad pristinam suam laudabilem regularis observantie institutionem reducatur. Habitis igitur maturis et seriosis deliberationibus nostris cum consiliarijs in hunc qui sequitur modum saluti vestri dicti monasterij decrevimus succurrendum. Inprimis igitur sicut accepimus ex libera et voluntaria resignatione tui Abbatis ad manus nostras administrationem et regimen in temporalibus et spiritualibus vestri monasterij, ideoque mandamus et committimus vobis omnibus et singulis ad vos recipere caritative ad predictum vestrum monasterium septem fratres in ordinis vestri observantia institutos, quorum primum videlicet religiosum fratrem *Adam* Cellerarium monasterij *S. Martini* Coloniensis ordinavimus et previdimus in Prepositum dicti vestri monasterij, cui plenariam administrationem in spiritualibus et temporalibus committimus videlicet curam animarum et custodiam reliquiarum ipsius monasterij et possessionum ipsi per presentium traditionem litterarum assignamus, confiden-

fidentes in Domino monaſterium ſupradictum ex hoc tam in ſpiritualibus quam temporalibus votiva ſuſcepturum incrementa. Quo circa mandamus vobis omnibus et ſingulis, quorum intereſt vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum ſub excommunicatione ſingulariter in ſingulis inferimus, ut his ſcriptis infra ſex dierum ſpatium quorum duos pro primo, duos pro ſecundo et reliquos duos pro tercio et peremptorio termino aſſignamus, dum requiſiti fuerint aut alter eorum fuerit requiſitus, prefatum fratrem *Adam* in veram et corporalem poſſeſſionem predicti monaſterij juriumque et pertinentiarum inducant et defendant inductum, eique tanquam vero rectori monaſterij pretacti obediant et intendant, ſibique de fructibus, redditibus, proventibus et obventionibus juribus et pertinentijs univerſis ipſius monaſterij reſpondeant contradictione qualibet ſemota et ab alijs quantum in eis eſt, faciant integraliter et cum effectu reſponderi. Datae in *Tuitio* noſtro ſub ſigillo preſentibus appenſo Anno Domini M CCCCLXVII. ipſo die *S. Alexij.*

Ex Annalibus Brunvillar. f. 180. *ſq.*





XXIII.

DE COLLACIONE ECCLESIE IN RYNDORPE.

In nomine Domini amen. Univerfis prefentes litteras infpecturis. Nos Magifter *Hermannus* de *Bunna* canonicus Ecclefie fancti *Severini* Colonienfis officialis venerabilis viri Domini *Ar. de Loes* Majoris Prepofiti Colonienfis et Archidiaconi, et judex ab eodem Prepofito fpecialiter deputatus in caufa que vertebatur inter fratrem *Chriftianum* de *Steinvelt* ordinis Premonftratenfis *Peregrinum de Tuico* Canononicum *fancte Marie ad Gradus* Colon. et *Euftachium* facerdotem fuper Ecclefia de *Rindorp* *) inferiori falutem et rei gefte cognofcere

*) *Unter-Rheindorff* villa duabus horis infra *Coloniam* in Ducatu Montenfi fita, olim, tefte hac charta, fub Archidiaconatu Praepofiti Majoris numerabatur; hodie Praepofito Ecclefiae Collegiatae *S. Cuniberti* paret et ad Decanatum Tuitienfem pertinet. Praeter hunc Metropolitanae Praepofiturae Archidiaconatum tres fuere adhuc, nempe *Bonnenfis*, *Santenfis* et *Sufatenfis*, in quos divifa fuit Diaecefis Colonienfis. Conftituti tandem ex facta fubdivifione plures Archidiaconi, fcilicet *Tremonienfis* qui eft Decanus *B. Mariae ad Gradus*, *Duffeldorpienfis*, cui praeeft Decanus Metropolitanus etc. Opus magnae utilitatis foret omnia regiftra Archidiaconalia ante feculum XVI confecta colligere et juxta eadem fingulos Archidiaconatus diplomatice

cere veritatem. Noveritis quod cum inter predictos *Christianum Peregrinum* et *Eustachium* super Ecclesia de *Rindorp* predicta coram Magistro *Theodorico* dicto *Stersgin* Canonico sancti *Georgij* Colon. ab eodem Preposito ad hoc specialiter delegato questio mota esset. dictus frater *Christianus* libellum suum edidit in hec verba. Coram vobis Domine judex dicit et proponit frater *Christianus* de *Steinvelt* ordinis Premonstratensis quod Ecclesia in *Rindorp* vacante ex morte bone memorie Domini *Godefridi* de *Mulffort* quondam ipsius Ecclesie pastoris ipse *Christianus* ad eandem ecclesiam predicto Preposito tanquam loci Archidyacono ab Ecclesia de *Dunwalde* Canonice presentatus existit. Quare petit quatinus cum vobis constiterit de premissis vel de aliquibus que ad intentionem ipsius fundandam sufficiant predictam Ecclesiam sibi per vos adjudicari per sententiam diffinivitam et ipsum C ad eandem Ecclesiam admitti et institui cum sollempnitatibus ad hoc debitis et consuetis, ac *Peregrino de Tuicō* Canonico sancte *Marie ad Gradus* Colon, qui se eidem *Cristiano* in dicta Ecclesia optinenda minus juste opponit et alijs quibuscunque se sibi contra justitiam opponentibus super memorata Ecclesia perpetuum silencium sentencialiter imponi. hec dicit et petit salvis sibi juris beneficijs et cetera. Item predictus *Peregrinus* libellum suum edidit in hec verba. Dicit et proponit in jure coram vobis Domine judex *Pere-*

tice illustrare, sicque in multis emendare *Hartzhemium Bibliothec. Colon. ad finem.*

regrinus de Tuicō clericus, quod vacante Ecclesia in *Rindorp* per mortem bone memorie *Godefridi de Mulffort* quondam ipsius Ecclesie pastoris *Menfridus de Rindorp* laycus ad quem de jure spectat jus patronatus sive presentacio illius ecclesie et qui est in possessione vel quasi presentandi ad eandem Ecclesiam, quando eam vacare contingit, vobis eundem *Peregrinum* ad predictam Ecclesiam instituendum sive investiendum a vobis de eadem legitime presentavit. Quare petit predictus *Peregrinus* ut ipsum de predicta Ecclesia investientes curam animarum ipsi cum ceteris sollempnitatibus concedatis inponentesque per vestram diffinitivam sententiam perpetuum silencium *Cristiano* monacho de *Steinvelt* se sibi minus juste et contra justitiam opponenti et alijs quibuscunque sibi contra justiciam opponentibus super Ecclesia memorata. Hec dicit et petit salvo sibi in omnibus juris beneficio obligans se ad ea solum probandum que ad suam intencionem fundandam sibi suffecerint de premissis. protestatur expensas si sibi fuerint adjudicate. Item predictus *Eustachius* libellum suum porrexit in hunc modum. Coram vobis Domine judex proponit *Eustachius* sacerdos in judicio et dicit quod ipse presentatus est ad Ecclesiam de *Rindorp* vacantem ex morte *Gotefridi* bone memorie quondam Decani Colon. a venerabilibus viris Preposito Decano et Capitulo sanctorum Apostolorum in *Colonia* veris patronis ipsius Ecclesie qui habent jus presentandi hac vice in eadem eo quod fuerunt hactenus et sunt in possessione vel quasi juris presen-

sen-


ſentandi alternis vicibus ad Eccleſiam predictam loci Archidyacono qui vobis cauſam hujusmodi commiſit audiendam. Abbate ſancti *Pantaleonis* ſue preſentacioni expreſſum conſenſum adhibente. Unde petit cum vobis conſtiterit de premiſſis vel aliquo premiſſorum que ſufficiant ad intencionem ſuam habendam per vos pronuntiari ipſum fore inſtituendum in ipſa Eccleſia *Rindorp* per eundem Archidyaconum loci vel illum cui vices ſuas ſuper hoc duxerit committendas et quibuscunque ſuis adverſarijs perpetuum ſilentium ſuper eadem ſetencialiter inponi. hec dicit et proponit ſalvo ſibi juris beneficio per omnia. Lite igitur ſuper predictis libellis mutuis coram eodem Magiſtro *Theoderico* legitime a predictis partibus conteſtata. preſtitoque ab eisdem partibus juramento de veritate dicenda. poſitionibus hinc inde factis et reſponſionibus ad easdem ſecutis. dicto tandem negocio ab eodem Magiſtro *Theoderico* per ipſum Prepoſitum revocato et nobis ſpecialiter commiſſo. teſtibus coram nobis productis et in forma juris receptis et diligenter examinatis eorumque depoſicionibus publicatis. data copia dicendi in teſtes et dicta ipſorum. auditis omnibus que partes hinc et inde proponere voluerunt. concluſo in negocio a partibus antedictis. die demum ad proferendum diffinitivam ſentenciam de conſenſu ipſarum partium aſſignata. partibus coram nobis perſonaliter comparentibus et ſententiam ferri inſtanter poſtulantibus. Nos communicato tam aſſeſſoris, quem nobis partes predicte concorditer adjunxerunt quam

aliorum

aliorum jurisperitorum consilio omnibusque rite peractis. quia invenimus predictum fratrem *Cristianum* intencionem suam super premissis sufficienter probasse et jus presentandi rectorem ad ecclesiam de *Rindorp* predictam ista vice ad solam ecclesiam de *Dunwalde* de jure spectare ac *Peregrinum* et *Eustachium* antedictos in probacione sue intencionis defecisse. eandem ecclesiam in *Rindorp* in nomine Domini ipsi fratri *Cristiano* per nostram diffinitivam sententiam adjudicamus ac ipsum *Cristianum* ad ecclesiam eandem admittendum esse decernimus et admittimus in presenti. Nec non propter absentiam ipsius Domini nostri Prepositi predicti per librum quem tenemus in nostris manibus de ipsa ecclesia canonice investimus eundem. Sepedictis *Peregrino* et *Eustachio* super prefata ecclesia, de *Rindorp* sentencialiter imponentes. questione expensarum litis sepedicte fratri *Cristiano* nichilominus reservata. In cujus rei testimonium et perpetuam firmitatem sigillum nostrum una cum sigillo Officialitatis curie Colon. presentibus duximus apponendum. Actum et pronuntiatum *Bunne* presentibus honorabilibus viris testibus ad hoc vocatis et rogatis Domino *Hermanno* Decano. *Wezzellino* thesaurario. *Henrico* Cantore. *Theoderico* de *Vriseym*. *Lamberto* de *Wintre*. *Gerardo* de *Colonia*. *Volmaro*. *Henrico* plebano sancte *Columbe* Colon. *Ottone* de *Are*. *Theoderico* de *Entenich*. *Cunrado* de *Ardey*. *Johanne* de *Hersele*. Canonicis Ecclesie Bunnensis. Magistro *Henrico* Thesaurario. et *Johanne* plebano Ecclesie in *Ditkirghen* Canonicis.

ςis plebano ſancti *Martini*. *Bertolfo* de *Wiſenburg* ſacerdote. *Hermanno* Capellano Decani ſupradicti. Magiſtro *Ludowico de Mulengaſſen* Doctore Decretorum. Magiſtro *Wilhelmo* de *Reinſtorp*. *Menfredo* de *Rindorp* ſupra nominato. et alijs quam pluribus tam clericis quam laycis fide dignis. quorum aliquorum ſigilla in teſtimonium ſunt preſenti carte appenſa. Anno Dominice Incarnationis Milleſimo. ducenteſimo. ſeptuageſimo primo in Craſtino Octave Nativitatis beate virginis *Marie*.

9. Sept.



XXIV.

DE JURE PRESENTANDI ET COLLATIONE NECNON DE COLLATORIBUS ECCLESIE IN RYNDORPE INFERIORI.

In nomine Domini Amen. Nos *Fridericus* Dei gratia Decanus. Magiſter *Rigewinus* Scolaſticus Eccleſie *Sanctorum Apoſtolorum Gerlacus* Scolaſticus et Magiſter *Theodericus* Canonicus Eccleſie ſancte *Marie ad Gradus* Colon. arbitri arbitratores ſeu amicabiles compoſitores electi a Viris Venerabilibus Decano et Capitulo Eccleſie *ſanctorum Apoſtolorum*. Abbate et conventu monaſterij ſancti *Pantaleonis* in *Colonia*. Abbate *veteris montis*. Priore et Conventu de *Donewalde* et *Menfredo* de *Rindorp* layco de compoſicione amicabili facienda ſuper litibus et queſtionibus exortis inter ipſos ſu-

per jure patronatus Ecclesie in *Rindorp* et vicissitudine presentandi ad eandem, recepto etiam compromisso facto ab ipsis partibus in nos, cujus tenor talis est: In nomine Domini Amen. Universis presentes litteras inspecturis Nos Decanus et Capitulum Ecclesie *sanctorum Apostolorum.* Abbas et Conventus monasterij sancti *Pantaleonis* in *Colonia.* Abbas *veteris montis.* Prior et Conventus in *Dunewalde* et *Menfredus* de *Rindorp* laycus notum facimus, quod cum super jure patronatus Ecclesie de *Rindorp* inter nos questio verteretur, tandem diversis tractatibus prehabitis accedente voluntate et consensu Venerabilis viri Majoris in *Colonia* Prepositi et Archidiaconi, in cujus Archidiaconatu Ecclesia predicta sita est super jure patronatus predicto et vicissitudine presentandi compromisimus et compromittimus per presentes in viros discretos Decanum et Scolasticum Ecclesie sanctorum *Apostolorum* Scholasticum et Magistrum *Theodericum* canonicum Ecclesie sancte *Marie ad Gradus* Coloniensis in dictum compromissum hujusmodi recipientes promittentes fide prestita corporali et sub pena centum marcarum, quod quidquid predicti arbitri seu arbitratores seu amicabiles compositores ordinaverint statuerint vel decreverint per amicitiam aut per justiciam super jure patronatus et vicissitudine presentandi Ecclesie memorate, ratum habebimus et firmum, nec aliquo ingenio contra veniemus, si autem aliquem nostrum in parte vel in toto contra predictum arbitrium venire contigerit, centum marcas persolvet nomine pene partibus arbitrium servantibus et nichilominus fidei violator denuntiabitur ac cadet

det de jure patronatus, si quod in predicta ecclesia videbitur habere. In cujus rei testimonium nos Decanus et Capitulum Ecclesie *sanctorum Apostolorum*. Abbas et Conventus sancti *Pantbaleonis* in *Colonia*. Abbas *veteris montis*. Prior et Conventus in *Dunewalde* Sigilla Ecclesiarum nostrarum duximus presentibus apponenda. et Ego *Menfredus* quia proprium sigillum non habeo, sigillum religiosi viri Abbatis Tuscienfis in testimonium premissorum rogavi presentibus apponi. Nos vero *Conradus* Dei gratia Major in *Colonia* Prepositus et Archidiaconus ad peticionem omnium premissorum nostrum consensum premissis adhibemus et in hujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum de consensu partium predictarum Anno Domini Millesimo ducentesimo septuagesimo quinto in Crastino beati *Remigij* Confessoris, partibus predictis et suis procuratoribus coram nobis comparentibus et pronunciacionem sive ordinacionem fieri petentibus. C. ordinamus statuimus et pronuntiamus de consensu partium predictarum quod *Pelegrimus* Canonicus Ecclesie sancte *Marie ad Gradus* in *Colonia* ad Ecclesiam predictam in *Rindorp* canonice admissus ex presentacione *Menfredi* layci predicti Ecclesiam prefatam optineat pacifice et quiete nec a quoquam predictorum idem *Pelegrimus* super dicta ecclesia molestetur. C. Item statuimus, ordinamus et pronuntiamus quod quamprimum ex nunc ipsam Ecclesiam in *Rindorp* vacare contigerit, jus presentandi ad eandem Ecclesiam ad Prepositum *sanctorum Apostolorum*. Abbatem

 mo-

monasterij sancti *Pantaleonis* in *Colonia* predictos pertineat ea vice ita quod infra duos menses a tempore vacacionis Ecclesie prefate numerandos dicti Prepositus et Abbas in persona concordent ad eandem Ecclesiam Archidiacono loci ab eisdem unanimiter presentanda, alioquin si discordaverint seu aliquem non presentaverint Archidiacono loci infra tempus memoratum, ex tunc jus presentandi ad eandem ecclesiam ad Collegam seu Collegas proximum vel proximos patronum seu patronos ea vice devolvetur. *C.* Item statuimus ordinamus et pronuntiamus quod jus presentandi ad Ecclesiam prefatam in *Rindorp* ad Abbatem *veteris montis*. . Priorem et Conventum in *Dunewalde* pertineat secunda vice et si ijdem Abbas *veteris montis*. Prior et Conventus in *Dunewalt* infra duos menses de persona ad dictam Ecclesiam in *Rindorp* communiter presentanda non concordaverint seu aliquem non presentaverint Archidiacono loci ex tunc jus presentandi ad eandem Ecclesiam ad *Menfredum* laycum predictum quem volumus et diffinimus habere terciam vicissitudinem presentandi ad dictam ecclesiam devolvatur, et hec omnia et singula partibus predictis et procuratoribus eorum ut est predictum coram nobis constitutis precipimus et mandamus sub penis in predicto compromisso expressis inviolabiliter observare, quibus mandatis, ordinacioni ac disposicioni et alijs omnibus et singulis suprascriptis partes predicte consenserunt expresse coram nobis, promittentes insuper hinc inde ad invicem sollempni stipulacione interposita inter ipsos, omnibus et

per

per omnia prout ſupra continetur obedire nec contra facere vel venire per ſe vel per alios ullo unquam tempore aliquo ingenio ſive cauſa. Renuntiaverunt etiam et renuntiant partes predicte omnibus exceptionibus defenſionibus contra formam compromiſſi et pronuntiationis noſtre in facto vel in jure conſiſtentibus et omnibus juribus canonicis et civilibus et ſpecialiter beneficio reſtitutionis in integrum quod ipſis omnibus et ſingulis poſſet vel deberet quomodolibet ſuffragari. In cujus rei teſtimonium nos arbitri predicti ſigilla noſtra et nos partes predicte que in pronuntiationem et ordinationem hujusmodi expreſſe conſentimus ſimiliter ſigilla noſtra preſentibus duximus apponenda. Et nos Magiſter *Theodericus* Canonicus *ſancte Marie ad Gradus* predictus unus ex ipſis arbitris, quia ſigillum proprium non habemus, uſi ſumus et contenti ſigillis arbitrorum noſtrorum in hac parte. Pronunciatum et Actum Anno Domini Milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quinto in craſtino *Ephiphanie Domini.*

7. jan.



XXV.

COMPOSITIO INTER PRAEPOSITUM ECCLESIAE MAJORIS COLON. ET DECANUM COLLEGIATAE B. MARIAE V. AD GRADUS CIRCA JURISDICTIONEM IN ARCHIDIACONATU TREMONIENSI.

Universis presentes litteras visuris et audituris *Vicboldus* Dei gratia Decanus et Archidiaconus, *Hermannus* de *Rennenberg* et Magister *Ernestus* de *Rennenberg* Canonici Ecclesie Coloniensis salutem cum notitia veritatis. Noveritis, quod cum inter venerabilem virum Dominum *Conradum* Prepositum et Archidiaconum predicte Colon. Ecclesie ex una parte et discretum virum *Pelegrinum* Decanum Ecclesie *S. Marie ad Gradus* Colon. ex altera exorta fuisset materia questionis super institutionibus et destitutionibus ecclesiarum in oppido Tremoniensi et Decanatu ejusdem consistentium, nec non excessuum correctionibus in Clero et populo, jurisdictione et his similibus infra terminum et districtum dicti Decanatus Tremoniensis, que omnia dictus Prepositus et Archidiaconus ad se spectare dicebat, dicto Decano contrarium asserente, immo ad se omnia et singula premissa pertinere, pleno jure dicente de consuetudine prescripta a tempore, cujus memoria non extabat et quod ipse Decanus et sui Antecessores a tempore, quo sanctus *Anno* dictam ecclesiam sancte *Marie ad Gradus* fundavit, sit et fuerint in possessione

ju-

juris vel quasi instituendi et exercendi premissa et his similia infra limites Decanatus Tremoniensis predicti. Tandem dicte partes de consensu suorum Capitulorum paci et concordie intendentes super premissis in nos tanquam in arbitros, arbitratores seu amicabiles Compositores communiter et concorditer compromiserunt et tenore presentium compromittunt promittentes fide prestita corporali, solempni stipulatione interposita, se ratum habituros et gratum, quid quid super premissis per viam juris seu amicabilis compositionis, ordine juris servato, partibus presentibus vel absentibus in scriptis vel sine scriptis communiter ordinatum duceremus declarandum, statuendum seu pronunciandum. Nos recepto in Nos hujusmodi compromisso accedente ad hoc authoritate et consensu Reverendi Patris et Domini nostri *Sifridi* Colon. Archiepiscopi, auditis, que partes hinc inde proponere voluerunt, inquisita et comperta a fide dignis diligenter veritate de premissis, secundum ea que vidimus et audivimus arbitrando pronuntiamus et pronuntiando declaramus, ex consuetudine antiqua approbata et hactenus pacifice observata institutiones et destitutiones ecclesiarum oppidi et Decanatus Tremoniensis et alia singula premissa ad Decanum Ecclesie *S. Marie ad Gradus* predicte, qui fuit et qui nunc est et qui pro tempore fuerit, in perpetuum pertinere et pertinere debere, eo excepto, quod dictus Prepositus et Archidiaconus et sui successores de cetero in perpetuum habeant jus instituendi Rectores in

ſex Eccleſijs dicti Decanatus videlicet in *Rylincbuſen*, in parva *Tremonia*, *Unna*, *Kamena*, *Meclaria* et *Curtaria* cum filiabus dicte Eccleſie in *Rylincbuſen*, cum eas vacare contigerit et deſtituendi eosdem, de cauſis hujusmodi eccleſiarum vacantium cognoſcendi et fructus lite pendente recipiendi et colligendi. Item quod Prepoſitus et Archidiaconus Colonienſis, qui pro tempore fuerit, in ſui prima creatione habebit introitum in dictis ſex eccleſijs, ac in Eccleſia *S. Reinoldi* Tremonienſis, et quod Decanus dicte Eccleſie *S. Marie ad Gradus* pro tempore pre omnibus aliis eccleſijs dicti Decanatus pro introitu ipſius Archidiaconi ſerviet eidem in ſui prima creatione, ut dictum eſt, duas marcas Tremonienſes et cetera omnia, que premiſſa ſunt, in oppido et Decanatu Tremonienſi ad ipſum Decanum et ſuos ſucceſſores de cetero libere pertinebant. In cujus rei teſtimonium et robur perpetue firmitatis Sigilla Reverendi Patris et Domini *Sifridi* Colonienſis Archiepiſcopi Prepoſiti et Archidiaconi et Capituli Colon. Decani et Capituli Eccleſie *B. Marie ad Gradus* Colon. predictorum una cum ſigillis noſtris preſentibus ſunt appenſa. Et nos Prepoſitus et Archidiaconus et Capitulum Colon. ex una parte et nos Decanus et Capitulum Eccleſie *B. Marie ad Gradus* Colon. ex altera, omnia et ſingula premiſſa vera eſſe recognoſcentes obligando et promittendo per fidem corporalem preſtitam hinc inde expreſſe omni actioni et queſtioni de cetero contra hujusmodi arbitrium, ordinationem et declarationem movende, exceptionibus, defenſionibus quibuscun-

que

que expreſſe beneficio reſtitutionis in integrum, privilegijs impetratis vel impetrandis et quelibet juris auxilio per que vel per quod una partium ex nobis contra aliam poſſet venire in premiſſis vel aliquo eorumdem, renuntiamus. Et nos *Sifridus* Dei gratia ſancte Colon. Eccleſie Archiepiscopus ſacri Jmperij per Italiam Archi Cancellarius premiſſis omnibus et ſingulis authoritatem noſtram et conſenſum adhibentes Sigillum noſtrum in robur et teſtimonium apponi fecimus huic ſcripto. Datum et Actum Anno Domini M°CC°XC°III. in vigilia *B. Petri ad vincula*.

31. Aug.

XXVI. a)

ORDINATIO DE NON ADMITTENDIS AD CANONICATUS NON VACANTES.

S*ifridus* Dei gratia ſancte Colonienſis Eccleſie Archiepiſcopus ſacri Imperij per Italiam Archicancellarius Univerſis Eccleſiarum Collegijs ſue Civitatis et Dioeceſis ſalutem in Domino. Cum multa impedimenta hactenus proveniunt dictis noſtris eccleſijs ex eo quod quidam per preces importunas recepti ſunt in ipſis eccleſijs, hujusmodi impedimentis obvenire volentes, de conſilio noſtrorum Prelatorum ſtatuimus, ne quis de cetero in aliqua eccleſiarum predictarum in Canonicum eligatur vel etiam recipiatur, niſi ad prebendam

actu vacantem. receptiones etiam ſic receptorum Canonicorum hactenus factas cum nulle vacarent prebende, caſſamus et irritamus, inhibentes, ne quis occaſione receptionis hujusmodi in aliqua eccleſia admittatur, decernimus irritum et inane, etiam ſi ſecus fuerit contra premiſſa vel aliquod premiſſorum aliquando attemptatum. Datum et Actum *Bunne* in Craſtino beati *Remigij* Anno Dni MCCXCV.



XXVI. b)


PRIVILEGIUM LIBERTATIS A TELONEIS CONCESSUM ECCLESIJS S. ANDREAE ET B. M. V. AD GRADUS AB ALBERTO REGE ROMANORUM.

A*lbertus* Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus univerſis ſacri Imperij fidelibus preſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam et omne bonum. Inter cetera quorum nos pervigil cura ſollicitat, id ſollicitudini noſtre Regali Divorum Romanorum Imperatorum et Regum illuſtrium predeceſſorum noſtrorum, qui eccleſiaſticas perſonas cum ſuis rebus ad eorum prebendas ſpirituales ſpectantibus ab Angarijs et perangarijs ac alijs preſtationibus theoloneorum volebant divini numinis contemplatione eſſe liberos et immunes, veſtigijs inherentes, cenſemus potiſſimum inſcribendum, quoniam Divini cultus numinis, de cujus munere ad aſſumpte regimen dignitatis recog-
noſ-

noſcimus nos vocatos, apud perſonas eccleſiaſticas augeatur, quodque perſone divino cultui deputate cum ſuis rebus ad eorum prebendas ſpectantibus, quas non ſolum a novis theolonijs noſtris diebus inſtitutis, per que libertatem eccleſiaſticam noſtra Serenitas infringere non intendit, verum etiam ab antiquis ex intentionis noſtre propoſito volumus eſſe liberos et exemptos, cum incremento vinorum et bladi eorum per alveum Reni absque theolonij dacione libere et abſolute valeant pertranſire. Hinc eſt, quod tam preſentis etatis homines quam future ſcire volumus, quod nos ob reverenciam Domini noſtri jheſu *Xpi*, nec non ad laudem intemerate et glorioſe virginis *Marie* ac beati *Andree* Apoſtoli honorabilibus viris Decanis et Capitulis ſancti *Andree* et ſancte *Marie ad Gradus* Eccleſiarum in *Colonia* hanc gratiam de benignitate Regia duximus faciendam ac univerſos proventus redditus et decimas, quos de poſſeſſionibus eccleſiarum ſuarum tam in vinis quam in blado habent in *Bacheraco*, *Dietbach*, *Mannenbach*, *Hegenbach* et vallibus adjacentibus diviſim ſeu conjunctim et quos ipſorum nuncij hujusmodi bona, vina et blada deducentes per fidem eorum docuerint eſſe ſua a villis *Hegenbach*, *Dietbach* et *Bacherach* et per loca theoloneorum quorumcunque intermediorum ex antiquo vel de novo inſtitutorum absque ulla dacione et exactione theoloneorum deducant in perpetuum ex nunc in antea ſine ullius impedimenti obſtaculo virtute noſtre exemptionis preſentis qua eos a preſtationibus theoloneorum exi-

eximimus omnino libera et soluta, dantes hoc edicto Regio omnibus theolonarijs, qui a villis *Hegenbach*, *Bacherach* usque ad *Andernacum* per loca intermedia quecunque in alveo Reni pro tempore fuerint instituti et ipsis theolonijs presidentibus districtius in mandatis, ne quis ipsorum a bonis seu vinis et blado dictorum Decanorum et Capitulorum seu ecclesiarum eorum ac nuncijs singulis annis cum transierint et per alveum Reni descenderint, contra presentis nostre indulsionis et gratie tenorem ratione exactionis theolonij aliquid exigat vel requirat, alioquin contrarium facientes omnipotentis Dei, beate *Marie* virginis gloriose et beati *Andree* Apostoli offensam et nostram indignationem se noverint graviter incursuros. Ut autem hujusmodi gratia nostra eisdem Decanis et Capitulis seu eorum ecclesijs facta inviolabilis perpetuo perseveret, presentes literas exinde conscribi et nostre Majestatis sigillo ipsis et eorum ecclesijs tradidimus communitas. Datum *Pinguie* XV. Kal. Novembris. Indictione XIII. Anno Domini M°CC° nonagesimo nono Regni vero nostri anno secundo.

18. Oct.



XXVII.



XXVII.

ALIUD EJUSDEM PRO EJSDEM.

Albertus Dei Gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus univerſis ſacri Romani Imperij fidelibus preſentium literarum inſpectoribus in perpetuum Gratiam ſuam et omne bonum. Ad univerſitatis veſtre noticiam cupimus pervenire, quod nos preclara, fidelia et devota Venerabilis *Wicboldi* Colonienſis Archiepiſcopi Principis et ſecretarij noſtri Kariſſimi obſequia, que nobis et Imperio diebus noſtris non ſine laborum et expenſarum gravi ſarcina impendit, Regie benignitatis noſtre oculis intuentes ipſi, ſancti *Andree* et beate *Marie ad Gradus* in *Colonia* Eccleſijs ſuis, pro quibus ejusdem Principis noſtri ſinceritas interpellavit, precibus ſtudioſis hanc duximus gratiam de Clementia noſtre Celſitudinis faciendam, maxime cum antiqui juris inſtitutio etiam id expoſcat, ut vina et blada dicti Principis noſtre et Eccleſie ſue Colonienſis, nec non ſancti *Andree* et ſancte *Marie ad Gradus* eccleſiarum ſuarum Collegiatarum in *Colonia* predictarum in *Bacherach*, *Mannenbach*, *Dietbach* et *Hegenbach* ac in villis ad iſta pertinentibus ipſis creſcentia et ad eos ſpectantia de predictis locis uſque *Andernacum* uſque ad Reni alveum per omnia theolonia intermedia antiqua et nova per nos inſtituta perque nova theolonia eccle-

ſia-

ſiarum bona tranſeuntia noſtre intentionis, propoſiti non fuit, nec eſt pregravari, ſine quavis dacione vel exactione theolonei, dummodo nuncij deducentes hujusmodi vina et blada per fidem ſuam docuerint dicta vina et blada ad eosdem ArchiEpiſcopum et ſuas ecclesias pertinere, deſcendant et tranſeant libere et ſolute, prout hoc conjunctim vel diviſim ipſi Archiepiſcopo et eccleſijs ſuis predictis incumbuerit faciendum, dantes univerſis theolonarijs a predictis villis *Hegenbach* et *Bacherach* uſque *Andernacum* et per omnia loca intermedia in alveo Reni pro tempore inſtitutis et in theolonijs preſidentibus hoc edicto Regio diſtrictius in mandatis, ne quis ipſorum a bonis, vinis et bladis eorumdem Archiepiſcopi et ſuarum eccleſiarum predictarum, dummodo de incremento eorum, ut predicitur, in dictis villis extiterint, que quidem vina et blada ſeu bona a preſtatione theoloneorum predictorum eximimus in perpetuum per preſentes cum per alveum Reni tranſierint et deſcenderint, contra preſentis noſtre indulſionis et gratie tenorem ratione exactionis theolonei aliquid exigat vel requirat, alioquin contrarium facientes omnipotentis Dei beate *Marie virginis* glorioſe et beatorum *Petri* et *Andree* Apoſtolorum offenſam et noſtram indignationem Regiam ſe noverint graviter incurſuros. Ut autem hujusmodi gratia noſtra eisdem Archi Epiſcopo Colonienſi, ſuis ſucceſſoribus et eccleſijs ſancti *Andree* et ſancte *Marie ad Gradus*, ſeu eorum Decanis et Capitulis ſub forma preſcripta inviolabilis perpetuo

tuo perſeveret, preſentes literas exinde conſcribi et noſtre Majeſtatis ſigillo ipſis et eorum eccleſijs tradidimus communitas. Datum *Pinguie* XV. Kal. Novembris Indictione XIII. Anno Domini M° ducenteſimo nonageſimo nono, regni vero noſtri anno ſecundo.



XXVIII.

FEUDUM TRIGINTA JURNALIUM AD PRAEPOSITURAM SANCTI SEVERINI PERTINENS IN BUCHELEMUNTE.

Univerſis preſentia viſuris *Johannes* Dei gratia Prepoſitus Eccleſie ſancti *Severini* Colon. cognoſcere veritatem. Noveritis quod licet triginta jurnales terre arabilis ſitos in campis ville de *Buchelemunte* ad nos ratione Prepoſiture noſtre jure feodali ſpectantes *Sophie* dicte de *Calichem* moniali monaſterij ſancti *Maximini* Colonien. nomine Magiſtre et conventus porreximus, gratiam et amicicie beneficium eisdem in hoc faciendo, ipſe tamen Magiſtra et conventus quam primum ex parte noſtra ſive a ſucceſſore noſtro pro tempore exiſtente requiſite fuerint, unum virum ydoneum nobis aut ſucceſſori noſtro pro tempore exiſtenti preſentabunt, recepturum eosdem triginta jurnales a manibus noſtris jure feodi ſub debito vaſallatus et omagij cum ſollempnitatibus ad hoc debitis et conſuetis. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum in die beate

beate *Margarete* virginis anno Domini M°CCC° decimo.

13. julij.



XXIX.

CONCORDIA INTER ABBATEM SYBERGENSEM ET EYNULPHUM CANTOREM S. MARTINI WORMAT. SUPER DIVERSIS ARTICULIS.

Universis has presentes litteras inspecturis nos *Adolphus* divina disponente clementia Abbas totusque conventus monasterij *Sybergensis* ordinis sancti *Benedicti* Colon. Dyoc. volumus esse notum, quod nos super quibusdam articulis inter nos ex una parte et discretum virum *Eynulphum* Cantorem Ecclesie sancti *Martini* Wormatiensis ex altera emersis nostris amicis communibus mediantibus cum dicto Eynulpho concordavimus in hunc modum, quod cessante inter nos cujuslibet questionis materia ipse *Eynulphus* Curtem de *Treyse* cum suis pertinentijs ad cellam nostram de *Hyrcenowe* ab antiquo spectantem monasterio nostro predicto subjectam per nos honorabili viro Domino *Conrado* Werdensi preposito pro trecentis marcis ad certa tempora obligatam pro eadem summa pecunie liberabit et dictam curtem cum suis pertinentijs dicte celle sicut prius exstitit infra septennium absolutam fideliter procurabit, nos eciam et dictam

cel-

cellam in *Hyrcenowe* de centum et quinquaginta maldris filiginis eidem pro tempore ficut inter nos et ipfum Conventum fuerat folvendis ex nunc in antea abfolutos et quitos dimittit, Infuper eciam edificia dicte celle combufta et lapfa infra annum ex nunc fuis expenfis decencius reparabit et reparari modis omnibus procurabit et nichilominus dictam cellam et fratres noftros ibidem et nos a dicto *Vogfelgin* et reditibus ipfius absque intervallo temporis abfolvet. Item fi aliquem Dominorum a nobis Abbate predicto caufa correctionis feu alterius urgentis neceffitatis evocari contingit, ipfe *Eynulphus* expenfas itineris procurabit et utique miniftrabit. Item quandocunque Prior ibi fuerit, duas prebendas in coquinalibus obtinebit eo quod talis pre alijs laborem habeat ampliorem. Item ipfe *Eynulphus* de confilio noftri Abbatis celarium unum de gremio Sybergenfi ydoneum eligere poterit, cui amminiftrationem prebendarum Dominis inibi faciendam committat, Infuper eciam fi nos Abbas feu alius pro nobis caufa vifitationis feu correccionis ad cellam predictam accefferimus, ipfe *Eynulphus* nos de neceffarijs procurabit et fi aliquem ex Dominis ad mandatum noftrum recedere contigerit a dicta cella ipfe *Eynulphus* tali veftes fuas dabit fibi pro tempore competentes. preterea ipfe *Eynulphus* ut bona dicte celle in meliori cultura teneat, ut promifit, manfionem et domicilium fuum habebit in cella predicta, nec per fe nec per fuam familiam Dominis ibidem oppofitionem faciet aliqualem et ne hec dicto *Eynulpho* fint mi-


nimium honerosa, nos Abbas et conventus predicti premissa taliter compensamus, quod de tredecim Dominis in dicta cella manendis, sex tantummodo remanebunt ad decem annos ex nunc continuos, quos ipse ut consultum est ibidem tenebit et in necessarijs procurabit, sed dictis decem annis completis, prior numerus de tredecim Dominis representetur, Item in alio, quod ipse illas ducentas et quinquaginta marcas in hereditatem nobis seu in aliam utilitatem convertendas, post sex annos ex nunc completos, nec prius voluerit, convertet, se post sex annos ex nunc completos hoc faciet, quemadmodum in priori instrumento plenius est expressum. Preterea inter ipsum *Eynulphum* et nos taliter est conventum, quod si ipsum quod Deus avertat, mori contingat, infra dictos decem annos, *Lodowicus* frater ipsius miles omnes promissiones pacta et conditiones predictas pro ipso efficaciter et fideliter adimplebit, ad quod faciendum ipse *Lodowicus* una cum dicto *Eynulpho* fratre suo se fideliter obligavit et firmiter promisit, constituentes nobis simul et in solidum pro premissis fidejussores videlicet *Fridericum* in *Gulse*, *Conradum* de *judeis* in *Bopardia Henricum* dictum *baurum* milites, *Everoldum* de *Gulse Conradum* germanum predicti *Frederici* Sculteti, *Syfridum* pincernam *Remboldum* de *Campe* et *Tilmannum* dictum *Brendelin* armigeros et quemlibet eorum in solidum, ea conditione, quod si ipse *Eynulphus* seu *Lodowicus* frater ipsius, si ipse non fuerit, in premissorum aliquo lapsu temporis negligentes fuerint

rint vel remissi, ipsi fidejussores a nobis moniti *Bopardie* honestum hospitium ad jacendum intrabunt quod ibi vicinis fuerit, alioquin consimile ibi vicinis existentes non recessuri donec de defectu hujusmodi nobis plene fuerit satis factum, et si eorum aliquis . . . f. recesserit, alius eque bonus in locum ipsius infra mensem substituetur, quod si forte non fuerit, fidejussores ut prius ad jacendum intrabunt et nichilominus etiam dicti *Eynulphus* et *Lodewicus* ad majorem securitatem omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura in jurisdictione Bopardiensi sita nobis et dictis fidejussoribus nostris titulo pignoris seu ypotece nomine obligarunt eo pacto quod tam nos quam dicti fidejussores nostri pro defectibus eorum ex quibuscunque causis provenientibus bona predicta non obstante ipsorum contradictione heredum et cognatorum et amicorum suorum et cujuslibet alterius usque ad satisfactionem plenariam possimus impetere et tenere, nec occasione alicujus mutui contracti seu contrahendi seu ex quacunque alia caussa nec ipsi nec eorum heredes poterunt prohiberi, quando premissa omnia et singula ut dictum est superius, debeant adimpleri; Preterea instrumentum magnum alias super dicta cella confectum inter nos et dictum *Eynulphum* in omnibus alijs suis articulis a predictis hic mutatis ut presens in suo robore permanebit, cui post dictos decem annos in omnibus et per omnia stabitur hinc et inde, et nos *Eynulphus* Cantor Ecclesie sancti *Martini* Wormaciensis ac *Lodewicus* frater ipsius miles predicti promitti-

timus bona fide quod omnes promissiones pacta et conditiones predictas que nos ex premissis contingunt absque omni hesitationis scrupulo observabimus et adimplebimus cum effectu. et ad hoc faciendum bona nostra predicta et fidejussores nostros predictos ut dictum est, in solidum obligamus, promittentes quod dictos fidejussores nostros a dicta fidejussione indempnes reddemus. Et nos fidejussores recognoscimus per presentes quod nos tamquam boni fidejussores ut dictum est sumus in solidum obligati renuntiantes epistole Divi *Adriani* et alijs defensionibus quibuscunque. In premissorum omnium testimonium atque robur nos Abbas et Conventus predicti pro nobis sigilla nostra, nos vero *Eynulphus* pro nobis fratre nostro *Lodewico* predicto ac alijs nostris consanguineis et amicis de ratihabitione ipsorum ac fidejussoribus nostris predictis sigillum nostrum una cum sigillo honorabilis viri *Wilhelmi* Decani Christianitatis Bopardiensis duximus appendendum. Et Ego *Wilhelmus* Decanus predictus notum facio universis, quod sigillum meum ad peticionem dictorum *Eynulphi* et *Lodowici* fratris sui apposui huic scripto. Nos vero *Lodowicus* ac fidejussores predicti confitemur, quod sigillis predictis utimur in hac parte. Actum et Datum Anno Dominice Incarnationis M°CC° nonagesimo nono, in Crastino beatorum *Philippi* et *Jacobi* Apostolorum.



XXX.



XXX.

UNIO CLERI COLONIENSIS.

Nos *Majoris*, ſanctorum *Gereonis*, *Severini*, *Cuniberti*, *Andree*, *Apoſtolorum*, *ſancte Marie ad Gradus* ac ſancti *Georgij* Colonienſium Eccleſiarum Decani et Capitula et ſingulares earumdem Eccleſiarum Canonici notum eſſe cupimus univerſis preſentes litteras inſpecturis, quod quia tam Eccleſie noſtre predicte, quam ſingulares perſone earumdem hominum perverſorum creſcente malitia cotidie in perſonis, bonis, libertatibus, privilegijs, ordinationibus licitis et honeſtis, juribus ſuis et Eccleſiarum ſuarum predictarum multipliciter pregravantur et damnabiliter opprimuntur injuſte, nec commode poſſit quelibet Eccleſia aut ſingularis perſona earumdem oppreſſionibus, injurijs hujusmodi et gravaminibus reſiſtere aut illas ſeu illa propulſare. Idcirco deliberatione matura inter nos prehabita injurijs et oppreſſionibus gravaminibus et perturbationibus, in quantum nobis eſt poſſibile, occurrere clipeo juſtitie cupientes, ſtatuimus et ordinamus ac vinculo fidei corporalis nos invicem unientes firmiter ad infra ſcripta nos obligamus, Quodſi aliquam Eccleſiarum noſtrarum predictarum aut ſingularem perſonam earumdem de cetero per quamcunque Eccleſiaſticam ſive ſecularem perſonam aut univerſitatem quocunque modo contra libertatem Eccleſiaſticam aut privi-

legium clericale aut in consuetudinibus et stastutis seu ordinationibus laudabilibus et rationabilibus ipsarum Ecclesiarum persona aut beneficio vel rebus indebite gravari contingat directe vel indirecte et ad nos seu ad illos quos ad injurias hujusmodi propulsandas duxerimus ordinandos aut deputandos talis injuria fuerit per querimoniam deducta, nos injuriam hujusmodi passis assistemus et expensis injuriam passi nostro consilio auxilio et favore ipsum pro posse defendemus, et si aliquando predictorum nostrorum Capitulorum aut aliquem singularem Canonicum Ecclesiarum nostrarum judicialiter vel extra judicialiter injuste quocunque modo gravari et ob hoc appellare contingat, nos hujusmodi appellationi si judicio duorum jurisperitorum clericorum ad hoc assumendorum et juratorum appellatio ipsa appellantem vel appellantes hujusmodi et personas nostras singulares a censurarum Ecclesiasticarum defendat incursu, adherebimus saltem tacite et statum suum pro illeso habebimus sicut prius, quousque appellans talis sententialiter convincatur, et ad hoc faciendum et talibus injurijs resistendum, cum difficile sit omnes personas capitulorum nostrorum insimul convocari, Capitulum Majoris duos et quodlibet aliarum Ecclesiarum unum idoneos et ad hoc aptos canonicos non prelatos deputabunt, de quorum consilio talia debent expediri, qui deputati onus hujusmodi ordinationis per annum integrum supportabunt, et anno revoluto alij Canonici totidem in numero surrogabuntur, onus predictum per

annum

annum etiam subituri, sicque deinceps quamdiu ad invicem sic manserimus obligati singulis annis revolutis de Capitulis Ecclesiarum nostrarum predictarum novem Canonici, ut prefertur, assumentur, et si aliquem ex ipsis mori contingeret aut per mensem se absentare, in illius locum alter canonicus per suum capitulum sine more dispendio debebit surrogari, qui deputati jurabunt in suis capitulis, quod premissa eis injungenda fideliter pro posse suo debeant expedire et secreta sui Concilij non revelare nisi illi vel illis, qui in premissis possunt prodesse et non obesse, dictique Canonici pro eodem die, si commode poterunt, alioquin die sequenti in aliquo locorum Capitularium Majoris Ecclesie Coloniensis causa prime congregationis vel conventionis faciende convenire tenebuntur, alioquin ipsorum quilibet non veniens impedimento cessante legitimo, quatuor alborum denariorum pagamenti Coloniensis nobis pro defensione prescripta solvet penam; si vero aliquod dubium circa presentis ordinationis intellectum vel alias circa premissa vel ab ipsis dependentia emerserint vel premissis vel subscriptis inciderit quovis modo, hoc predictorum Canonicorum pro libertatum nostrarum et injuriarum prescriptarum defensione predicta ordinandorum seu deputandorum ut prefertur aut majoris partis ipsorum pro tempore presentium in Civitate Coloniensi et interesse valentium sententia sopietur, ipsorumque declarationibus et decisionibus seu sententijs absque ulla contradictione juris vel facti stabimus et

parebimus ſub penis in fine annotatis, preeminentia Majoris Eccleſie ac diſciplina Capitulari in ſingulis capitulis ſemper ſalvis, quod ſi nec omnes nec major pars ex eis in unam poterunt convenire ſententiam, ex tunc ſtabitur ſententie, quam pronunciabit ſeu pronunciaverit major numerus perſonarum Canonicorum deputandorum predictorum et quocienscunque dicti Canonici, ut preſcribitur, ordinandi et deputandi pro negotijs predictis convenerint, totiens cuilibet ipſorum ad congregationem ipſam venienti et uſque ad finem permanenti de pecunia omnium noſtrum communi dabuntur duo albi Colonienſes, diſtributionibus preſentiarum in Eccleſijs ſuis illis vicibus ſibi ſalvis, ipſosque et eorum quemlibet necnon advocatos et procuratores in hujusmodi negotio patrocinantes vel agentes aut aliquos actus exercentes aut miniſterium preſtantes a quolibet damno vel gravamine, ſi quod ſuſtinerent vel ſuſtinuerint occaſione ſerviej vel miniſterij ſeu officij habiti in negotio hujusmodi ſupra dicto, eorundem deputandorum arbitrio vel majoris partis ex eis infra tres menſes, poſtquam eisdem conſtiterit et arbitrati fuerint, volumus et promittimus relevare; dictis etiam Canonicis noſtris, ut preſcribitur, ordinandis et deputandis poteſtatem damus convocandi omnes et ſingulos Prelatos et Canonicos Eccleſiarum noſtrarum predictarum conjunctim et diviſim pro executione et proſecutione dicti negotij, quociens videbitur eis expedire, noſque ad ipſorum vocationem tenebimur venire vocati in hoc cauſu, ceterum

quia

quia onus hujusmodi absque expensis non potest expediri, statuimus quod quelibet Ecclesiarum nostrarum predictarum pro qualibet prebenda sue ecclesie quolibet anno Dominica Letare dare et contribuere teneatur ad premissa facienda, adimplenda et expedienda unam marcam pagamenti Coloniensis, quilibet Canonicus predictarum ecclesiarum in sua admissione ad perceptionem fructuum prebende sue solvere teneatur unum florenum Renensem in moneta Electorum Imperij. si vero pecunia communis nobis defecerit, ex tunc contributionem secundum estimationem decime per ecclesias nostras solvi consuete, si necesse fuerit, faciemus, premissam vero ordinationem promittimus et sacrosanctis tactis Dei Evangelijs juramus nos inviolabiliter observare ad decem annos a data presentium immediate continuo subsequentes, obedientia sedis Apostolice, Reverendissimi Domini nostri Archi Episcopi Coloniensis et aliorum Prelatorum nostrorum semper salva. Insuper statuimus et ordinamus, quod quilibet Canonicus ipsarum Ecclesiarum cum ad residendum aut ad percipiendum fructus prebende sue venerit, in eodem dicto durante termino infra octo dies jurabit premissa se observaturum. si quis autem presentium vel futurorum Canonicus fedus hujusmodi societatis subire recusaverit vel forte subierit, sed observare contempserit, nisi infra decem dies penituerit, societatis nostre hujusmodi commodo se noverit perpetuo destitutum et nichilominus penis alijs ad arbitrium deputatorum vel deputandorum aut

majoris partis eorundem tam recusantes quam contemnentes gravius puniantur, dictique deputati contra talem contemnentem aut perjurum ad penam arbitrariam procedere tenebuntur, nisi de communi consensu nostro ad gratiam recipiatur. Volumus etiam quod ad hujusmodi unionem et societatem alie ecclesie Collegiate seculares et monasteria utriusque sexus ac eorundem et nostrarum Ecclesiarum persone singulares, quicunque rectores quoque Ecclesiarum parochialium Civitatis et Diocesis Coloniensis interesse cupientes per supradictos deputandos recipiantur et admittantur, si ipsis aut ipsorum majori parti videbitur expedire. In cujus unionis et societatis testimonium sigilla Ecclesiarum nostrarum predictarum presentibus duximus appendenda. Datum anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo die 12. mensis Februarij. *)

*) Qualiter clerus Wormatiensis in unionem cleri Moguntini, Trevirensis et Coloniensis receptus fuerit an. MCCCCLXXIII. vid. *Subsidia Diplomatica Tom. XIII. pag. 192.*



XXXI.



XXXI.

HERMANNUS ELECTUS COLONIENSIS DECANO ET CAPITULO FRIDESLARIENSI NOTAM FACIT ELECTIONEM SUAM.

Hermannus *) Dei gratia Electus Ecclesie Coloniensis Princeps Elector *Westfalie* et *Angarie* Dux etc. Wirdige und Erberen besunder lieve andechtigen Wir sint hude durch versehonge des almechtigen godes van den wirdigen Edeln unsern lieven andechtigen Doem Capittel des stifftz *Colne* eyndrechtlich sunder eynichen wegerstant zo Ertzbischoff eligiert und gekoren dat wir uch als unsern besundern lieven andechtigen unverkundt nyt laissen wulden dan wamit wir uch gnade und gunst bewysen kunden wern wir geneygt. gegeven in unser stat *Colne* uff fridach na Laurencij etc. LXXXmo

Undecima Augusti 1480.

In-

*) *Hermannus* IV. Hassus, *Ludovico* II. Pacifico Hassiae Landgravio Patre, Matre *Anna* Saxoniae Principe genitus, *Ludovici* III. animosi frater, fuit anno MCCCLX. Praepositus Frideslariensis. Idem Archi Episcopus Decanum et Capitulum Frideslariense litteris humanitate plenis invitavit ad nuptias *Johannis* de *Andernach Andernaci* in curia celebrandas Dominica Quasimodogeniti. Litterae datae sunt *Poppelstorffij* ipsa Dominica, qua cantatur judica anno MCCCCLXXXIIIJto.

Inscript. Den Wirdigen und Erbern unsern besundern lieven Andechtigen Dechen und Capittel zv *Frytzlar*.



XXXII.

COLLATIO VICARIAE ALTARIS S. SILVESTRI IN AUREA CAMERA ECCLESIAE MAJORIS COLONIENSIS.

B*ertoldus* Dei gratia sancte Moguntine sedis Electus sacri Romani Imperij per Germaniam Archicancellarius ac Princeps Elector ac Thezaurarius Ecclesie majoris Coloniensis dilecto nobis in Xpo *Heinrico Hemmerman* clerico Colon. Dioc. salutem in Domino sempiternam. Vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita quibus personam tuam fide dignorum testimonijs juvari comperimus, nos inducunt ut personam tuam favore oportuno prosequamur. Cum itaque sicut accepimus, capella sive Vicaria in ecclesia majori Coloniensi altaris *S. Silvestri* in aurea Camera predicte ecclesie quam discretus *Johannes Muth* presbiter nostre dioc. ipsius vicarie sive Capelle rector ultimo inibi obtinebat et possidebat, per ipsius *johannis* resignationem in manibus nostris sponte factam vacaverit et vacet ad presens, cujus collatio provisio et quevis alia dispositio ad nos ratione dicte Thesaurarie Coloniensis spectat et pertinet, nos volentes tibi premissorum meritorum

tuo-

tuorum intuitu gratiam facere ſpecialem, capellam ſive vicariam predictam ſive ut premittitur ſive alio quovis modo vacantem cum omnibus juribus et pertinentijs ſuis tibi auctoritate noſtra conferimus et aſſignamus ac providemus eciam de eadem teque propterea coram nobis perſonaliter conſtitutum per bireti noſtri capitis tui impoſitionem inveſtimus de eadem inducentes te per has noſtras litteras quantum in nobis eſt; in corporalem realem et actualem poſſeſſionem capelle ſive Vicarie predicte juriumque et pertinentiarum ejusdem, quocirca venerabiles illuſtres et generoſos Dominos Decanum Canonicos et Capitulum ac perſonas dicte eccleſie Colon. hortamur eosque nihilominus nec non univerſos et ſingulos presbiteros clericos et notarios publicos ad quos preſentes noſtre littere pervenerint, quatenus te *Heinricum* vel procuratorem tuum tuo nomine in corporalem realem et actualem poſſeſſionem capelle ſive vicarie juriumque et pertinentiarum omnium predictorum inducant auctoritate noſtra et defendant inductum amoto exinde quolibet illicito detentore, Teque *Heinricum* vel dictum procuratorem tuum tuo nomine ad eandem capellam ſive vicariam recipiant nec non poſſeſſionem ejusdem ut prefertur aſſignent, et inſuper tibi vel dicto procuratori tuo nomine de ipſius capelle aut vicarie fructibus redditibus proventibus juribus et obventionibus univerſis reſpondeant et faciant ab alijs plenarie et integre quantum in eis eſt reſponderi. Quod ſi tu *Heinricus* preſens non fueris ad preſtandum

de

de obſervandis ſtatutis et conſuetudinibus dicte eccleſie ſolitum juramentum, illud a procuratore tuo ad hoc legitime conſtituto tuo nomine preſtetur, ita tamen quod tu ad eccleſiam ipſam cum acceſſeris perſonaliter illud preſtes, recipiant. In quorum fidem et teſtimonium premiſſorum ſigillum noſtrum duximus appendendum. Date *Aſchaffenburgi* in Caſtro noſtro die Saturni viceſima octava menſis Auguſti anno etc. LXXX. quarto.

XXXIII.

CONCESSIO LIBERTATIS IN GRANGIA S. PETRI VETERIS MONTIS MONACHIS DATA.

Nos *Rupertus* junior Dei gratia comes Palatinus Reni et Dux Bavariae notum facimus praeſentium Inſpectoribus et auditoribus univerſis, quod cupientes creatori noſtro pro innumeris bonis nobis collatis debitas gratias referre nec non et ſalute animae noſtrae ac parentum noſtrorum vivorum et mortuorum in perpetuum providere, hinc eſt quod nos venerabiles fratres abbatem et Conventum *Veteris montis* Ciſtercienſis ordinis Colonienſis dioeceſis in grangia ſua quae appellata eſt ager *S. Petri* ſita ſuper litus Reni ſupra *Diepach*, cum omnibus attinentiis et juribus ſuis eadem libertate frui volentes, qua ab anteceſſoribus noſtris videlicet *Adolpho* patre noſtro, *Rudolpho* Avo noſtro, *Ludwico* proavo noſtro *Ottone* Atta-

uo

uo noſtro et Illuſtri *Ludwico* patre praedicti *Ottonis*, ac *Conrado* et *Henrico* quondam Comitibus palatinis Reni felic. Recordat. jam dudum donati ſunt, et nunc a dilectis patruis noſtris *Rudolffo* et *Ruperto* comitibus Palatinis Reni fruuntur, eosdem ab omni peticione, exactione et Theolonio penitus abſolvimus, quatenus ipſi ceptae virtutis propoſitum ad anteriora extendere valeant, et nos nichilominus participes efficiamur bonorum operum, quae in eum Dominus operatur. Inhibemus inſuper officialibus ſubditis ac fidelibus noſtris quibuscunque, qui ex nunc et pro tempore ſubiecti nobis fuerint, ne eosdem fratres abbatem et Conventum contra privilegia Ipſis ab anteceſſoribus noſtris, et a nobis conceſſa in aliquo gravent, impediant, vel perturbent, In cujus evidens teſtimonium et perpetuam firmitatem damus ipſis preſentes litteras ſigilli noſtri robore communitas. Datum in Caſtro noſtro *furſtenberg* Anno Domini M.CCC.xLVI. in die beati *Galli*.

XXXIV.

BESTETTIGUNG ABTS UND CONVENTS ZUM ALTENBERG BY DYPACH GELEGEN FRYHEIT.

P*hilippus* Dei gratia comes Palatinus Reni, ſacri Romani Imperii Archidapifer princeps Elector et Bavariae dux Noſcat praeſentium aetas et futu-

futurorum posteritas, quod nos ad gloriam Altissimi et remedium animae nostrae et progenitorum nostrorum felicium recordation. animarum, honorabiles et religiosos abbatem et conventum *Veteris montis* Cisterciensis ordinis in Grangia quae appellata est *Ager S. Petri* super Litus Reni supra *Diepach* situata cum omnibus bonis et attinenciis suis ea libertate qua eadem jamdudum a bonae memoriae progenitoribus nostris comitibus palatinis Reni ipsis donata est, et sicuti ea temporibus quondam Domini *Ruperti* prosenioris, Domini *Ruperti* senioris patruum nostrorum Domini *Ruperti* Romanorum Regis Proavi nostri, Domini *Ludovici* Avi nostri, et Domini *Ludovici* genitoris nostri quomodolibet freti sunt, In antea frui debeant et gaudere et nihilominus dictorum progenitorum nostrorum pia sequentes vestigia Abbatem et conventum dicti monasterii ab omni peticione exactione et Thelonio penitus eximimus, absolvimus et relevamus, quatenus ipsi divinarum Laudum exercitia ad anteriora extendere valeant, nos quoque bonarum operum, que eos Dominus dignatur operari, participes efficiamur. Inhibemus igitur omnibus et singulis officiatis Theolonariis fidelibus et subditis nostris praesentibus et futuris ne dictos Abbatem et Conventum contra Privilegii nostri paginam grauent, impediant vel perturbent quovis modo prout nostram indignacionem voluerint euitare, harum sub nostri sigilli appensione testimonio Litterarum. Datum *Bacherach* quinta ipsa die beatae *Dorotheae*

vir-

virginis et Martyris Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo.



XXXV.

CONFIRMATIO PRIVILEGIJ DER CONVENTS UFF PETERS ACKER ZOLLFREIUNG WEGEN.

Nos *Otto* H. notum facimus tenore presentium. Cum honorabiles et religiosi, Abbas et conuentus *Veteris montis* cistertiensis ordinis in Grangia quae appellata est, Ager *S. Petri* Juxta Littus Reni supra *Diepach* situata cum omnibus bonis et attinentiis suis a progenitoribus nostris comitibus Palatinis Rheni pie memorie libertate qua a theloneo releuantur, remunerati sunt, sicut etiam ea temporibus quondam Domini *Ruperti* praeesenioris, Domini *Ruperti* senioris; Patrum nostrorum, Domini *Ruperti* Romanorum Regis, abavi Domini *Ludovici* Attaui, Dñi *Ludouici* Proavi et Dñi *Philippi* Avi nostri charissimi dominorum *Ludovici* et *Friderici* Patruum nostrorum quomodolibet usi sunt, quod ad dicti Abbatis et conuentus supplices preces hoc privilegium illis a nostris praedecessoribus benigne indultum de novo dedimus ac confirmavimus, sicut etiam vigore presentium facimus, ac eos deinceps hoc pacifice frui et gaudere volumus, Abbatem et conventum dicti monasterii ab omni petitioni exactione et theoloneo penitus eximimus,

abſoluimus et relevamus. Inhibemus igitur omnibus et ſingulis officiatis, thelonariis, fidelibus noſtris et ſubditis preſentibus et futuris, ne dictum abbatem et conuentum contra privilegii noſtri ſaginam gravent, impediant vel perturbent, quouis modo, prout noſtram indignationem voluerint evitare. In cujus rei teſtimonium has litteras ſigilli noſtri appenſione juſſimus communiri. Datum *Haidelbergae* in die *Bartbolomaei.* Anno a nativitate chriſti Seruatoris noſtri. milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſeptimo.

XXXVI.

PROHIBITORIUM BREVE ADMISSIONIS PRECUM REGALIUM.

I*nnocentius* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Venerabili Fratri Archi Epiſcopo Moguntino ſalutem et Apoſtolicam benedictionem. Fide dignorum relatione ad aures noſtras non ſine gravi diſplicentia pervenit, quod dilectus filius *Maximilianus* Archidux Auſtrie et Burgundie Dux in Romanorum Regem electus, quorundam forſan non ſano uſus conſilio primarias preces pro nonnullis dilectis ſuis ad nonnullos prelatos Collegia et Capitula ſuper proviſionibus beneficiorum primo vacaturorum per ſuas patentes litteras preceptorias etiam ſub gravibus penis jure ut aſſeruit Romani imperij et ex antiqua ac ſemper obſervata a Roma-

manorum Regibus laudabili consuetudine porrexit et porrigit, *) que res quam a sacrorum canonum censura aliena et quantum libertati ecclesiastice detrimenti sit allatura, si toleretur, nemo sane mentis ignorat, Nos itaqne qui licet immeriti ejus vices gerimus in terris qui sacratissimo ore jussit reddi, que sunt Cesaris Cesari et que sunt Dei Deo, attendentes quod nulli seculari Principi etiamsi imperiali prefulgeat dignitate de jure aut consuetudine hujuscemodi primarias preces seu nominationes super beneficiorum provisionibus porrigere licet, nisi hujus sancte sedis speciali privilegio sit munitus. Considerantes etiam quod *Maximilianus* ipse obedientie signum, quod a Catholicis principibus huic sancte sedi de more prestari solet, hactenus non exhibuit, Fraternitati tue presentium tenore sub pena interdicti ab Ecclesie ingressu mandamus, quatinus ne ullum beneficij genus in vim primariarum precum seu nominationum predictarum conferas, sed ab earum executione prorsus abstineas, Collatoresque et collatrices, Electores et electrices tue Civitatis et diocesis tam exemptos quam non exemptos auctoritate nostra per Censuras Ecclesiasticas et alia juris remedia pari modo abstinere cogas et compellas, donec tibi de preces ipsas porrigentis potestate Apostolico privilegio munita constiterit, quodsi privilegium hujuscemodi afferatur in medi-

 um

*) Preces *Maximiliani* Romanorum Regis vide *Tom. II. Subsidior. Diplom. p. 75. Confer. ibid. pag. 95.*

um, priusquam ei obtemperes, volumus ut ejus exemplum seu transsumptum in publica et autentica forma ad nos transmittas, nostrumque super inde responsum expectes. Verum cum nobis nullo pacto persuadere possumus eidem *Maximiliano* licuisse inconsulta Apostolica sede et nondum prestito per eum huic sancte obedientie signo de more ut premisimus prestari solito, nullis exhibitis Apostolicis litteris a prelatis Collegijs et ecclesiasticis personis talia exigere vel mandare, Fraternitatem tuam attente requirimus, ut *Maximilianum* ipsum paterna Caritate moneas et inducas, ut a spiritualibus, quorum incapax est, manum retrahat, ne contra se et statum suum, quorum salutem maxime affectamus, omnipotentis Dei iram et indignationem provocet, sciturus quod fraternitas tua vel subditi tui, quod minime credimus, contra presentes litteras nostras in vim nominationum seu primariarum precum earumdem quicquam attemptastis hactenus vel attemptabitis in futurum omne id in irritum revocabimus, cassabimus et annullabimus, prout tenore presentium irritamus, cassamus et annullamus et irritum, cassum et nullum esse decernimus et declaramus. Datum *Rome* apud sanctum *Petrum* Anno Incarnationis Dominice Millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto, nono Kal. Octobris Pontificatus nostri Anno tertio. *)

G. Bonattus.

*) Revocatorias harum inhibitorialium vid. in *Subsid. Diplom. Tom. II. p. 85.*

XXXVII.



XXXVII.

BULLA INNOCENTIJ PP. CONFIRMATORIA PRECUM REGALIUM.

I*nnocentius* Episcopus servus servorum Dei Carissimo in Xpo filio *Maximiliano* Romanorum Regi semper Augusto salutem et Apostolicam benedictionem. Ad cognitam devocionis constantiam fidei quoque integritatem eximiam quibus nos et Romanam revereris Ecclesiam nostre dirigentes considerationis intuitum digne ducimus ea tibi libenter concedere, per que persone tibi grate et accepte ecclesiastice, que optas beneficia ecclesiastica facilius assequantur. Sane sicut nobis nuper exponi fecisti a nonnullis revocatur in dubium, an primarie preces per te porrecte Collatoribus et Collatricibus beneficiorum ecclesiasticorum pro personis ecclesiasticis beneficiandis post tui assumptionem in Regem Romanorum Carissimo in Xpo filio *Friderico* Romanorum Imperatore semper Augusto Genitore tuo adhuc in humanis agente eum sortiri possint et debeant effectum, quem sortiri potuerunt et debuerunt et consueverunt primarie preces, quas *Fridericus* prefatus et ejus predecessores Romanorum Imperatores qui pro tempore fuerunt ex apostolica concessione Collatoribus et Collatricibus prefatis duxerunt porrigendas. Nos litibus que exinde oriri formidantur obviare et hujusmodi ambiguitatem submovere vo-


lentes tuis in hac parte supplicationibus inclinati serenitati tue, cujus nomine Venerabilis frater noster *Lucas* Episcopus Sebinicensis et nonnulli alij Oratores pro te super hoc ad nos et sedem Apostolicam destinati solitam nobis obedientiam prestiterunt et tui consideratione illis pro quibus preces hujusmodi porrexisti et cuilibet eorum auctoritate Apostolica presencium tenore concedimus, quod tue preces predicte sic porrecte Collatoribus et Collatricibus quibus per *Fridericum* et ejus predecessores predictos Romanorum Imperatores porrigi solite sunt et quas porrigi continget in posterum eisdem Collatoribus et Collatricibus, quibus porrigi solite sunt et nondum per te porrecte fuerunt, quoad beneficia ecclesiastica quecunque et qualiacunque cum cura et sine cura sub illis comprehensa eundem prorsus sortiantur effectum quem sortiri consueverunt similes preces eorum Regum Romanorum, qui Romano Imperio Imperatore carente in Reges Romanorum retroactis temporibus electi et assumpti post adeptam per eos Imperij corronam preces ipsas porrexerunt, decernentes sic per quoscunque causarum palatij Apostolici auditores et alios judices ordinarios et delegatos etiam sancte Romane Ecclesie Cardinales in Romani curia et extra eam in quibus cunque causis motis et in quavis earum etiam prime et ulterioris appellationis instantia pendentibus et movendis per quoscunque interpretari et judicari debere sublata eis et cuilibet eorum quavis aliter interpretandi et judicandi facultate et auctoritate nec non

ex

ex nunc irritum et inane si secus super hijs a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ac litteris nostris in forma Brevis, que a nobis plenam de hijs que oportuna erant nondum informationem habentibus ad impendiendum vel suspendendum eorum effectum in contrarium forsan emanarunt *) ceterisque contrarijs quibuscunque. Et quia difficile foret presentes litteras ad singula loca, in quibus eas exhibere opus foret, deferre, volumus et Apostolica auctoritate decernimus, quod earundem litterarium transumpto manu publici Notarij subscripto et sigillo alicujus Prelati munito eadem prorsus fides adhibeatur in judicio et extra, ubicunque fuerit exhibitum vel ostensum que adhiberetur eisdem presentibus originalibus litteris, si forent exhibite vel ostenste. nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis, constitutionis, voluntatis et decreti infringere vel ei ausu temerario contraire," si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum *Petri* et *Pauli* Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum *Rome* apud sanctum *Petrum* anno Incarnationis Dominice Millesimo quadringentesimo octuagesimo nono pridie Idus Decembris Pontificatus nostri anno sexto.

B. Bagarothus.

*) Vid. Breve immediate praecedens.



XXXVIII.

BREVE HONORIJ III. PP. CONCERNENS STATUM ABBATIAE S. ALBANI MOGUNTIAE.

Honorius etc. Dilectis filijs . . de *Sconaugia* et . . de *Otterburch* Abbatibus Cisterc. Ord. et . . Preposito de *Hegenebe* Magunt. et Warmac. dioc. salutem et ap. ben.

Ex parte Conventus sancti *Albani* Magunt. fuit propositum coram nobis, quod cum *Christianus* quondam monasterij sui monachus, qui violentas manus in *Wolver* *) tunc Abbatem et quosdam fratres eorum injecit, in Abbatem monasterij sancti *Tisbet* **) fuisset assumptus, ***) ipse ad-

*) *Wolveradus* Abbas *S. Albani* vir egregijs instructus donis et alijs regendis quam maxime idoneus, occurrit in litteris an. MCCXIII. datis super vinea juxta oppidum *Bingen* monialibus *S. Ruperti* ibidem divendita. conf. *Helwichij chronicon S. Albani apud Script. Rer. Mog. Tom. II. pag. 757.*

**) Sancti *Tisbet* (Disibodi) monasterij haud procul ab oppido *Sobernheim* in monte siti juxta confluentes *Glani* et *Navae* fluviorum.

***) Iste *Christianus* Abbas *S. Dysibodi* memoratur in charta *Herbordi* sculteti Oppenheimensis super controversia dicti coenobij cum *Wilhelmo* de *Sponheim* composita an. 1231. *Joannis spicileg. p. 139.*


adverſus *Gebenon*: *) nunc Abbatem eorum cum quibusdam ex predicti monaſterij *S. Albani* monachis conſpiravit ad ejus agere depoſitionem, cui ſubſtitui, affectabat, intendens; qui etiam de clauſtro *Talen* **) duas moniales educens corrupit alteram, reliqua naſo et labijs mutilata, et cum de infamia, quam ad hujusmodi ſcelere patrato contraxerat, non poſſet conventus a loci ordinario ſe purgare, ſponte Abbatiam removeri ab eo ſententialiter metuens reſignavit. Cum autem ipſe poſtmodum redire ad eorum monaſterium per loci Metropolitanum Magunt. videlicet Archi Epiſcopum niteretur ipſi dicentes eum in artiori loco ponendum, ubi delicta ſua in pane doloris et contritionis aqua defleret et proponentes, quod monaſterio renuntiarat ipſorum ex eo quod alterius regimen et Gubernationem aſſumpſit nec non ipſius malitiam quam experti fuerant metuentes, ne ipſum prefatus Archi Epiſcopus in dictum monaſterium reduceret, noſtram audientiam appellarunt. Verum quia prefatus monachus nondum ab eorum ſuper hoc vexatione quievit, defendi ſuper hoc per ſedem Apoſtolicam petierunt; nolentes igitur, ut ſi premiſſa veritate nituntur, ſuper receptione ipſius monachi ſupradictum mona-

*) *Gebeno* Abbas *S. Albani* ſimul et *Seligenſtadenſis.* ita Fraternitatis litterae dictas inter Abbatias an. 1219. initae. *Joannis Tom. II. pag.* 759.

**) *Talheim* parthenon extra civitatis Moguntinae moenia, ubi quondam Epiſcopum ſtetiſſe traditum eſt.

ſterium aggravetur, diſcretioni veſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi eſt ita, monacho ipſi ſuper hoc perpetuum ſilentium imponatis; quod ſi non omnes ijs exequendis intereſſe potueritis, duo vel alter veſtrum ea nihilominus exequatur. Datum *Reate* VII. Idus ſeptembris Pontificatus noſtri anno quarto.

Ex Regeſto anni IV. *Honorij* PP. III. Literarum Apoſtolicarum Tom. 2. ep. 560.



XXXIX.

BREVE HONORIJ III. PP. AD SCOLASTICUM MOGUNTINUM IN CAUSA SUCCURSUS PRO TERRA SANCTA.

Honorius etc. Dilecto filio Magiſtro *Conrado* *) Scolaſtico Maguntinenſi Cappellano et Penitentiario noſtro ſalutem.

Experte tue probitatis induſtriam et fidei puritatem ac per hoc indubitatam de te fiduciam obtinentes, te ad partes Teutoniae duximus deſtinandum ut *Terre ſancte* ſuccurſum ſecundum datam tibi a Deo prudentiam ſtudeas efficaciter procurare.

*) *Conradus* e nobilium de *Türckheim* prognatus genere e Scholaſtico factus Majoris Moguntinae Decanus, anno demum 1247. ad Epiſcopatus Wormatienſis evectus eſt faſtigium, vid. *Script. rer. Mog. Tom. 2. pag. 299. Schannat hiſt. Wormat. pag. 376.*

curare. Tuam ergo ſollicitamus prudentiam auctoritate tibi preſentium injungentes, quatenus literas generales, quas pro eodem negotio deſtinamus, exponens per totam Teutoniam Chriſti fidelibus diligenter ipſos ad celerem dicte terre ſuccurſum ſedulo exhorteris et auctoritate noſtra injungas eis, per quos nuper in partibus illis predicari mandavimus verbum crucis, ac alijs, prout videris expedire, ut id ipſum ſollicite ac fideliter exequantur, cum velimus, ut tibi tam a predicatoribus ipſis, quam alijs in omnibus que hoc contingunt negotium, intendatur humiliter ac devote. Illos vero qui jam ſunt crucis caractere inſigniti, ut votum ſuum in inſtanti paſſagio exequantur monens efficaciter et inducens eos qui monitis acquieſcere non curaverint, ad id per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione remota compellas, Cariſſimum in Chriſto filium noſtrum *F.* *) illuſtrem Regem Sicilie in Romanorum Imperatorem Electum, cui ſuper hoc ſcribimus, ſollicite reducendo, ut et ipſe in eodem paſſagio juxta promiſſionem ſuam ſtudeat transfretare. quodſi facere forte nequiverit, cruce ſignatos ipſos ulterius non detineat, ſed data eis licentia reddendi Domino vota ſua in exercitus Chriſtiani ſuccurſum libere tranſire permittat. Illud autem ſollicite caveas, ne quis quantum libet pauper a voto crucis ullatenus

*) Indigitatur *Fridericus* II., qui tandem anno Milleſimo ducenteſimo ſupra vigeſimum indictione octava ornatus eſt Romae ſolemni pompa Imperialibus infulis ab *Honorio.*

nus abſolvatur, cum et pauperes plurimum ſint neceſſarij negotio *Terrė ſanꝺte.* Datum etc. Pontificatus noſtri anno IV.

Ex Regeſto Anni IV. Literarum Apoſtolicarum *Honorij* PP. III. Tom. 2. ep. 744.

XL.

BREVE HONORIJ III. PP. SUPER ECCLESIA SANCTAE MARIAE IN CONFLUENTIA.

Honorius etc. Dileꝺtis filijs . . Abbati et Priori de *Herverbach* *) et . . Decano *S. Marie in Campis* Mag. Dioc. ſalutem etc.

Sua nobis dileꝺtus filius *Engelbertus* presbiter Canonicus *S. Florini* in *Confluentia* inſinuatione monſtravit, quod cum nos dileꝺtis filijs . . Warmacienſi Eleꝺto et Abbati et Priori loci *S. Marie* Treverenſ. Dioc. dederimus in mandatis, ut ſi eſſet ad nos ordinatio Eccleſie *S. Marie* in *Confluentia*, prout nobis ſuggeſtum fuerat, devoluta, eam de perſona idonea ordinarent, prediꝺti Abbas et Prior committente illis prefato Eleꝺto per proprias litteras vices ſuas, licet Canonici *S. Paſtoris* **) in *Confluentia* Treveren. Dioc. ad quos ejusdem Eccleſie collatio non ſpeꝺtabat et quibus nihilominus jus ſuper ordinatione plebani competebat in ipſa, ſe ſuper hoc per fruſtratorie appel-


la-

*) *Eberbach* Ord. Ciſterc. in Rhingavia.

**) Caſtoris.

lationis objectum opponere niterentur, prefatum presbiterum cum eis predicte ordinationem Ecclesie ad nos spectare legitime constitisset, prefecerunt ordinatione nostra eidem Ecclesie in plebanum, qui nobis humiliter supplicavit, ut non obstante appellatione hujusmodi, quam non sunt infra tempus legitimum prosecuti, quod circa eum super hoc factum est, ratum habentes, cum memorati Canonici et quidam alij ejusdem diocesis eum super jam dicta Ecclesia molestantes, ipsum possidere illam pacifice non permittant, providere sibi super hoc misericorditer dignaremur. Quo circa discretioni vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si est ita, Canonicos antedictos et alios, ut ab indebita ipsius presbiteri super hoc molestatione cessantes, non impediant quo minus ipse valeat debita et quieta ejusdem Ecclesie possessione gaudere, monitione premissa per censuram Ecclesiasticam appellatione remota cogatis. Testes autem etc. quod si non omnes etc Datum *Viterbij* XVI. Kalendas Maji Pontificatus nostri anno quarto.

Ex Regesto Anni IV. Literarum Apostolicarum *Honorij* PP. III. Tom. 2. ep. 716.



XLI.



XLI.

BREVE HONORIJ PP. III. PRO LIBERANDO COMITE REYNERIO.

H*onorius* etc. Venerabili Fratri . . . Archi Episcopo Magunt. salutem etc.

Obloquentibus olim multis de eo, quod carissimus in Christo filius noster *F.* *) illustris Rex Sicilie in Romanorum Imperatorem electus ceperat nobilem virum Comitem *Reynerium* ad presentiam ejus fiducialiter accedentem, ipsi Regi super hoc scripta nostra direximus qualia honori ejus et fame vidimus expedire. Ipse vero nobis humili devotione ac devota humilitate rescripsit, quod restituta sibi terra sua, que dicti Comitis nomine tenebatur, ipsum in manibus nostris libere resignaret. Cum igitur terra eadem nuntijs dicti Regis sit plenarie, sicut accepimus, restituta, fraternitati tue per Apostolica scripta mandamus, quatenus eundem Regem ex parte nostra moneas diligenter et prudenter inducas, ut juxta promissionem suam libertati restituat Comitem memoratum, ut quibus captio ejus occasionem tribuit obloquendi, libera et liberalis ejusdem dimissio materiam tribuat commendandi, nosque cognoscentes devotionem Regiam in effectu, dignas ei grates reddere teneamur et dictus comes ac sui, qui magni et potentes esse noscuntur, tanto fortius

ad

*) *Fridericus* II.

ad regia provocentur obſequia, quanto regalem clementiam erga ſe ſenſerint proniorem. Hoc autem mandatum noſtrum diligenter et ſine dilatione ſtudeas adimplere. Datum apud *Urbem Veterem* XII. Kal. julij Pontificatus noſtri anno quarto.

Eidem Archi Epiſcopo Magunt. ſuper eodem. Datum apud *Urbem Veterem* VI. Nonas julij anno quarto.

Ex Regeſto Anni IV. Literarum Apoſtolicarum *Honorij* PP. III. Tom. 2. ep. 781.

Ibid ep. 796.

XLII.

BREVE HONORIJ PP. III. CONCERNENS ABBATEM MONASTERIJ NIENBURGENSIS.

H*onorius* etc. Dilectis filijs . . de *Walckenred* . . . de *Wolkolderoche* *) et . . . de Lapide *S. Michaelis* Mogunt. et Halberſtad. Dioc. Abbatibus ſalutem etc.

Ex parte dilectorum filiorum . . . Abbatis et Conventus Nienburgenſis fuit propoſitum coram nobis quod cum C. Ecclesie Inmildenſis Prepoſitus Magdeburg. Dioc. Prepoſituram ipſam obtineat a monaſterio eorumdem, idem hujusmodi beneficij aliorumque multorum impenſorum ſibi a mo-

*) Volkolderode.

monasterio memorato immemor et ingratus nobili viro *H.* Comiti *Ascanie*, qui preter afflictiones alias, quibus ipsum opprimit monasterium eundem Abbatem exoculari fecit et impie mutilari, sic pertinaciter contra monasterium memoratum adheret, ut cum idem comes propter hoc sit excommunicatus publice nuntiatus, ipse Prepositus de predicti Abbatis mutilatione suspectus et publice infamatus, nihilominus ei communicare presumat et eundem in sua fovere malitia contra monasterium supradictum; quo circa Discretioni vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi et inquisita diligentius veritate si vobis constiterit jam dictum Prepositum in mutilatione Abbatis fuisse culpabilem vel dicto Comiti contra sepedictum monasterium in gravem lesionem ipsius consilium vel auxilium impendisse, ipsum Prepositura jam dicta, quam a monasterio ipso habet, appellatione remota, privetis, injungentes Abbati et conventui supradictis ut de illa disponant secundum quod pertinet ad eosdem. Quod si non etc. Datum apud *Urbem Veterem* 3. nonas septembris Pontificatus nostri anno quinto.

Ex Regesto anni V. Literarum Apostolicarum *Honorij* PP. III. Tom. 3. ep. 102.



XLIII.

XLIII.

BREVE HONORIJ III. PP. CONCERNENS SIGILLUM MONASTERIJ NIENBURGENSIS.

Ad Eosdem.

Ex parte dilectorum filiorum Conventus Nienburgensis nobis est oblata querela, quod C. Inmildens. Prepositus Magdeburg. Dioc. duos monachos monasterij sui per circumventionis astutiam ad id fraudulenter induxit, quod sigillum praefati monasterij sibi clanculo concesserunt, cum quo quasdam falsas litteras nomine dicti conventus contra ipsorum Abbatem malitiose confectas sigillare presumpsit, propter quod Venerabilis frater noster. . Magdeburgensis Archiepiscopus Diocesanus loci excommunicationis sententiam in omnes hujus malitie conscios promulgavit. Quare Conventus praedictus nobis humiliter supplicavit, ut praefatis monachis dicti Prepositi calliditate deceptis, facientes beneficium absolutionis impendi, eidem preposito dignam penam infligere dignaremur. Quocirca discretioni Vestre per Apostolica scripta mandamus quatenus vocatis, qui fuerunt evocandi et inquisita super hijs diligentius veritate, si vobis constiterit rem taliter se habere, dictos monachos mittendos ad praefatum Archi Episcopum absolvendos, dicto Prepo-

ſito penam Canonicam ſublato appellationis obſtaculo infligatis. Quod ſi non omnes etc. Datum ut in alia.

Ibid. ep. 103.

XLIV.

BREVE HONORIJ PP. III. AD ARCHI EPISCOPUM MOGUNTINUM UT ZELOSOS SELIGAT MISSIONARIOS AD VARIAS GENTES TRANSMITTENDOS.

H*onorius* etc. Venerabili Fratri . . Archi Epiſcopo Maguntino ſalutem etc.

*) Ne ſi ſecus vineam Domini noſtre Cure commiſſam poſitas undique ſolitudines redigere neglexerimus ad culturam et propagare in eis propagines, que flores odoris et fructum afferant honeſtatis, poſſimus merito de torpore ſeu deſidia reprehendi, licet undecima ſit hora, operarios tamen in ipſas proponimus deſtinare, qui ſarculo predicationis ex circum adjacentibus nationibus vitiorum ſpinas evellentes et vepres et extendentes in eaſdem pal-

*) In Domino gaviſus eſt *Honorius* PP. barbaras *Livoniae*, *Eſtoniae Pruſſiaeque* gentes infidelitatis tenebris obrutas Divinae gratiae radijs illuſtrari, luceque Evangelica colluſtratas mitescere ac fide ſuſcepta Eccleſiae ſeſe aggregare. Hoc ſalutare opus ut perficeret, litteras haſce paternas exarare illi viſum fuit valde opportunum.

palmites fidei compluentes illas aquis, que transeunt inter medium montium ipsas florere faciant et virtutum germina germinare, ac sic effundente Domino spiritum de excelso in solitudine judicium, quo se cum Deo et coram Deo, ne ab eo judicetur, judicet, habitet fiatque nationum desertum in chermel, in vere circumcisionis scientiam veniendo et postquam intraverit gentium plenitudo, tandem reconciliationis justitia sedeat in *Chemel* in Israelitico populo, qui nunc reputatur in saltu. Verum cum multi per Dei gratiam ad hoc opus idonei latitent intra Ecclesiam otio contemplationis vacantes amplexibus infecunde *Rachelis*, videntis tamen subtilius inherendo, qui se in cultura dominice vinee non curarunt hactenus exercere, *Lye* fecunde sed lippe quasi connubium aspernando, ipsos per te ac alios Ecclesiarum Prelatos, ne cum tota die circa propagationem et dilatationem vinee Dominice steterint otiosi, quod nemo eos conduxerit, valeant excusari, duximus excitandos, ut et in hac undecima hora conducti mandragoris *Lye* ingrediantur cubiculum et vineam Domini studeant propagare, laboraturi quasi brevi hore spatio in eadem et diurni denarij pretium recepturi. Quocirca Fraternitati tue per Apostolica scripta mandamus, quatenus in Provincia tua quatuor viros opinionis sincere et litterature probate vel tres seu saltem duos cujuscunque religionis vel ordinis et Cisterciensis presertim, *)

 cui

*) Cistercienses ad hoc negotium maxime h biles censuit, utpote quos sub Antecessore suo *Inno-*

cui Dominus bene dixit a mari usque ad mare ipsius extendendo palmites eligas, qui super nitentes asinos ascendentes habentesque vitam in patientia et mortem in desiderio sponte velint animas suas offere discrimini ac benedicere Domino parati pro ipsius nomine, si opus fuerit, martyrium sustinere ac ipsos usque ad festum beati *Martini* ad presentiam nostram transmittas secundum circumspectionis Apostolice providentiam una cum illis, quos de Provincijs alijs ad nos mandamus transmitti ad solitudinem diversarum Gentium destinandos, ut in eis fungentes legatione pro Christo reconciliari obsecrent illas Deo, quasi per ipsos Domino exhortantes ac tamquam cives Apostolorum et Domestici Dei easdem verbo doctrine illuminent, pacem gentibus tribuendo ac cum exultatione ad nos seu ad Dominum potius revertentes, justitie manipulos referant et ab eodem vite senatum recipiant sanguine proprio laureati. Quodsi forsan Prelati eorum, qui animas suas sponte periculo duxerint offerendas, voluntati eorum presumpserint obviari, presumptionem eorum, monitione premissa per censuram Ecclesiasticam appellatione remota compescas. Datum *Laterani* . . . . Pontificatus nostri anno quinto.

Ex

centio III. observavit summa humilitate, paupertateque more Apostolico proximi invigilantes saluti atque Sectarios ad rectam fidei semitam reducentes. prout enarrat *Petrus Vallisarnensis hist. Albigens. ap.3.*

Ex regesto Anni V. Litterarum Apostolicarum *Honorij* PP. III. Tom. 3. ep. 501.



XLV.

BREVE HONORIJ PP. III. DISPENSATORIUM IN PLURALITATE BENEFICIORUM.

Honorius etc. Dilecto filio *Raynaldo de Puzalia* subdiacono nostro Preposito sancti *Severi* in *Herefordia* Magunt. dioc. salutem etc.

Qui ex beneficij sibi scollatis quasi benefaciendi habentes materiam ea provide in usus honestos expendunt, majora sibi cumulare merentur, ut aucta causa effectus laudabiliter augeatur. sane cum olim in Lateranensi Concilio provida fuerit deliberatione statutum, quod et nuper in Generali extitit innovatum, ut nullus diversas dignitates Ecclesiasticas vel plures parrochiales Ecclesias recipere audeat contra sacrorum Canonum instituta, ita tamen quod circa sublimes et litteratas personas per sedem Apostolicam valeat dispensari. *)

*) *S. Thomas* docet: plura habere beneficia esse referendum inter actiones, quae ob inordinationes ijs annexas jure naturali ita sunt prohibitae, ut nonnisi concurrentibus circumstantijs eas inordinationes abstergentibus licitae reddi possint; eam omnem juris humani prohibitionem praeveniendo. De hac beneficiorum pluralitate, quam alij disciplinae Ecclesiasticae pestem non immerito vocant, plura alibi.

Nos qui bonis benefacere cupimus, te reputantes dispensatione hujusmodi non indignum, ut preter ea beneficia, que nunc obtines, duo Ecclesiastica beneficia, etiamsi curam habeant animarum annexam, dummodo tibi canonice conferantur, libere possis recipere, tecum auctoritate Apostolica dispensamus. Nulli ergo etc. nostre dispensationis infringere etc. si quis autem etc. Datum *Laterani* VI. nonas Martij Pontificatus nostri anno quinto.

Ex regesto Anni V. Literarum Apostolicarum *Honorij* PP. III. Tom. 3. ep. 527.

XLVI.

BREVE HONORIJ PP. III. IN CAUSA BENEFICIALI ECCLESIAE S. CASTORIS IN CONFLUENTIA.

Honorius etc. Dilectis filijs . . Decano et Capitulo Ecclesiae *S. Castoris* in *Confluentia* Treveren. Dioc. salutem etc.

Cum inter dilectos filios Magistrum *Alatrinum* Cappellanum Ecclesie vestre Prepositum et *Raynaldum de Puzallia* *) subdiaconos nostros super quadam prebenda in Ecclesia vestra vacante que-

*) Est idem *Raynaldus* de *Puzalia*, qui praeter hanc praebendam, et alias una cum Praepositura *S. Severi* in *Erfordia* consecutus est. conf. Breve praecedens.

queſtio verteretur, memorato *R.* ipſam ea ratione petente, quod de mandato noſtro in Eccleſia veſtra receptus eſt in Canonicum et in fratrem nec eſt prebendale beneficium aſſecutus et dicto capellano e contrario allegante, quod cum ipſe in eadem Eccleſia Prepoſituram obtineat et ſemper Prepoſiti conſueverint habere prebendam, in hoc preferendus erat eidem; tandem ambo cauſam ſuam in manibus noſtris voluntarie poſuerunt, ut provideremus exinde juxta noſtre beneplacitum voluntatis. Nos itaque viam equitatis ſectari volentes, ita duximus providendum, ut fructus prebende vacantis, donec alia vacet ibidem, inter eos equis portionibus dividantur; Primam autem vacaturam noſtre donationi ad opus dicti *R.* ita quod predictus capellanus iſtam habeat, duximus reſervandam, decernentes irritum et inane, ſi quid de ipſa preter mandatum noſtrum a quoquam temere fuit attemptatum et ne quaquam impedientes quo minus ipſius prebende redditus integre percipiant et quiete, nec occaſione conſuetudinis qua ſicut forte dicitur decedente in Eccleſia ipſa perſona, mortuo per annum et Eccleſie per biennium debent redditus conſervari in excuſationem aſſumant; volentes igitur ut quod per nos actum eſt robur obtineat inviolabilis firmitatis, univerſitati veſtre per Apoſtolica ſcripta firmiter precipiendo mandamus, quatenus proviſionem hujusmodi tam in una quam in alia firmiter obſervantes, nec attemptetis aliquid contra eam nec permittatis ab aliquo quantum in vobis fuerit,

molestari; alioquin dilectis filijs . . Abbati *S. Albani* . . Scolastico et . . Custodi *S. Stephani* Magunt. nostris vos noveritis litteris injunxisse, ut vos ad id per censuram Ecclesiasticam appellatione remota, compellant. Datum *Laterani* XVII. Kal. julij Pontificatus nostri anno quinto.

Scriptum est super hoc eisdem Executoribus.

Ex Regesto anni V. Litterarum Apostolicarum *Honorij* PP. III. Tom. 3. ep. 734.

XLVII.

HONORIJ PP. III. BREVE SUPER CRUCIATA.

Honorius etc. Venerabili Fratri . . . *) Episcopo Ildesemensi et dilecto filio Magistro *Salomoni* Canonico Herbipolen. **) salutem et Apostolicam ben.

Cum

*) Is erat *Conradus* de *Reisenberg* Magister Parisiensis Canonicus Moguntinus et Decanus Spirensis, factus postea Episcopus Hildesheimensis. plura vide apud *Helwichium in Syllabo Canonicorum Moguntinensium. Joann. Tom. 2. pag. 390.*

**) Occurrit in littera professionis et confirmationis *Conradi de Cuglenberg* super donatione *Godefridi* de *Cuglenberg* ecclesie in *Hostebach* et patrimonij sui ad plantationem in *Hagen* (monasterium *Schmerlenbach* ita dictum) *vid. Gud. Tom. 2. pag. 35. adde paginam 34.*

Cum predicande Crucis Officium in Provincia Magunt. vobis duxerimus committendum, ut inoffenſe poſſent currere ſermones veſtri et labor fructum uberiorem afferre preſentium vobis auctoritate committimus ut cum ad loca veneritis interdicta, liceat vobis in eorum ſingulis unam ſemel Eccleſiam aperire et ibidem excommunicatis et nominatim interdictis excluſis celebrare diuina, ut ſic efficacius poſſitis ibi proponere verbum Crucis, nichilominus concedentes ut eorum vota, que voverunt Beati *Jacobi* vel aliorum ſanctorum limina viſitare, in transmarine peregrinationis poſſitis commutare laborem et hijs qui commiſerunt incendia, quique pro violenta manum injectione in Canonem inciderunt, dummodo non ſit enormis exceſſus, valeatis juxta formam Eccleſie beneficium abſolutionis impendere vice noſtra ſi quidem paſſis injuriam ſatisfecerint competenter et devote ſuſceperint ſignum crucis pro ſubſidio *Terre ſancte*; Concedimus etiam ut aliquos viros honeſtos et ad hoc idoneos in partem commiſſe vobis ſollicitudinis valeatis advocare, cum videritis expedire, qui dum in hujusmodi predicationis Officio laborabunt beneficiorum ſuorum redditus non amittant, ſed integre illos percipiant ac ſi in ſuis Eccleſijs reſiderent; proviſo tamen ne in numero aſſumendorum excedatis, neve aſſumatis de una Eccleſia plus quam unum. Illos quoque qui crucem aſſumpſerint ſub beati *Petri* et noſtra protectione ſuſcipientes cum omnibus bonis ſuis, ſtatuentes ut poſtquam fuerint iter peregrinationis aggreſſi, ea om-

nia ſub ſpeciali Eccleſie defenſione conſiſtant, donec de reditu ipſorum vel obitu certiſſime cognoſcatur; clericis nichilominus concedendo, ut propter hoc poſſint beneficiorum ſuorum proventus uſque ad triennium pignori obligare vel percipere quamdiu abſentes fuerint hac de cauſa, illis, quibus eos pignori obligaverint vel colligendos commiſerint ſine diminutione qualibet exhibendos, ita tamen, quod parochialibus Eccleſijs per honeſtum Vicarium interim ſerviatur, nec aliquis procedere preſumat ad obligationem hujusmodi, niſi cum iter arripiet transfretandi, totque annis quilibet in ipſius terre ſubſidio commoretur, per quos ſuos redditus obligarit; quodſi forſan ante redierit, ſerviet diligenter Eccleſie cujus redditus obligati fuerint ab eodem ut ſic quorumdam malitie obvietur, qui beneficiorum ſuorum fructibus obligatis ſolent ſalutare limina *Terre ſancte* ac continuo redeuntes, tam ipſam *Terram ſanctam*, quam Eccleſias ſuas ſuo ſervitio defraudare. quia vero nonnulli crucem aſſumptam temeritate propria depoſuiſſe dicuntur vel incepte peregrinationis itinere non expleto a portubus remeaſſe, volumus et mandamus ut eos ad reſumendam crucem et ad reddendum votum Domino quod voverunt canonica diſtrictione compellatis; ad hoc ut fidelium devotio ad ipſius *Terre ſancte* ſubſidium melius provocetur, ordines ſollempnes proceſſiones fieri ſaltem ſingulis menſibus in omnibus locis qui ad hoc idonei videbuntur et pſalmum illum *Omnes venerunt gentes* per Eccleſias omnes diebus ſingulis

more

more ſolito decantari. proviſo quod ſi forte hijs qui ad hujusmodi proceſſiones ſeu ad alias convocationes convenerint, aliquam peccatorum remiſſionem duxeritis faciendam decem dierum numerum indulta remiſſio non excedat, et ſi ab eis vel quibuslibet alijs, qui ad hujusmodi convocationes convenerint, aliqua oblata fuerint, vel alias data pro ſubſidio *Terre ſancte*, illa faciatis fideliter conſervari, ut tempore paſſagij faciamus diſponi de illis, prout ipſius *Terre ſancte* ſubſidio videbitur expedire. Datum *Laterani* nonis Martij Pontificatus noſtri anno octavo.

Ex Regeſto anni VIII. Literarum Apoſtolicarum *Honorij* PP. III. Tom. 4. ep. 338.



XLVIII.

BREVE HONORIJ III. PP. PROTECTORIUM ABBATIAE CLINGENSI CONCESSUM.

H*onorius* etc. Dilectis filijs . . Abbati et Conventui Clingenſi *) ſalutem etc.

Cum a nobis petitur, quod juſtum eſt et honeſtum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem Officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Do-

*) De hac Abbatia vid. *de Gudenus Tom. I. p. 25. 42. etc.* et *Subſid. Diplom. Tom. X. pag. 295. ibid. Tom. V. pag. 273.*

Domino filij veſtris juſtis poſtulationibus inclinati perſonas veſtras et locum, in quo divino eſtis obſequio mancipati cum omnibus bonis que in preſentiarum rationabiliter poſſidetis et in futurum juſtis modis preſtante Domino poteritis adipiſci, ſub beati *Petri* et noſtra protectione ſuſcipimus ſpecialiter autem de *Glizencellen*, *Bliſwilre* et de *Licgelingen* Eccleſias cum pertinentijs earumdem vobis a bone memorie *A.* Archi Epiſcopo Maguntino et *C.* Spirenſi Epiſcopo capitulorum ſuorum accedente conſenſu pia liberalitate collatas, ſicut eas juſte, canonice ac pacifice poſſidetis, vobis auctoritate Apoſtolica confirmamus et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis et confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum *Petri et Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Laterani* Kal. Aprilis Pontificatus noſtri anno octavo.

Ex Regeſto Anni VIII. Literarum Apoſtolicarum *Honorij* PP. III. Tom. 4. ep. 376.



XLIX.

XLIX.

HONORIJ PP. III. BREVE CRUCIATAM PROMOVENS.

Honorius etc. Venerabilibus Fratribus . . Patriarchae Aquilegenſi . . Maguntin. . . . Treverenſ. . . Colonien. . . Magdeburgen. . . Saltzburg . . Bremen et Biſuntino Archi Epiſcopis et eorum Suffraganeis nec non Abbatibus, Prioribus Prepoſitis, Archidiaconis et alijs Eccleſiarum Prelatis per eorum provincias et dioceſes conſtitutis ſalutem etc.

Cum is qui ſecundum ſue omnipotentiam Majeſtatis nec loco poteſt nec tempore comprehendi, utpote incircumſcriptibilis et immenſus inſtabilis *) manens dat cuncta moveri, faciat ſpiritus ſuos Angelos et miniſtros et celorum altitudine inclinata carnem aſſumens humanam pro eo quod delicie ſue ſunt eſſe cum filijs hominum diſcipulos, quos elegerat in mundum deſtinaverit univerſum, ut omni predicarent Evangelium creature, ſuo nos inſtruxit exemplo, ut ejus ſequentes veſtigia, cum aſſumpti ſimus in plenitudine poteſtatis, nec per nos ipſos poſſimus ſingulis negotijs imminere, inter eos, quos in partem ſollicitudinis evocavimus, onera quaſi Gethro uſi Conſilio dividamus, unicuique ſecundum virtutem propriam, que varijs temporibus imminent committendo.

*) Immutabilis.

tendo. Unde cum inter alias sollicitudines innumeras et immensas, quibus angimur ultra vires, cogitemus instantius et ferventius cupiamus, ut negotium *Terre sancte*, quod hactenus exigentibus culpis populi Christiani graviter est turbatum auctore Domino feliciter dirigatur, presertim cum Carissimus in Christo filius noster *F.* Illustris Romanorum Imperator semper Augustus et Rex Sicilie illud inspirante Domino devote susceperit relevandum in omnem terram veri Dei signum habentium predicatores deputavimus speciales, sed quanto de Teutonia majus ad hoc speramus, prout consuevit hactenus auxilium et subsidium provenire, tanto illuc honorabiliorem personam dirigere cupientes, Ecce Venerabiles Fratres! nostrum Portuensem Episcopum, qui dextera Divina tamquam Cedrus Libani plantatus in Ecclesie paradiso altitudine Contemplationis erectus virtutum odore suavis, fame sinceritate penitus imputribilis, non solum sua fortitudine ad sustentationem domus Domini operatur, verum etiam honestatis candore ipsius superficiem convenustat, illuc providimus destinandum, ut fungens pro Christo plenissime legationis officio evangelizet populis verbum crucis et alias recta regere ac indirecta dirigere satagens, aspera convertat in plana extirpando vitia et plantando virtutes, firmam spem fiduciamque tenentes, quod Dominus, qui linguam ei contulit eruditam, dans voci ejus vocem virtutis sue in beneplacito suo dirigat vias ejus ipsius facundia mentes audientium fecundando. Ceterum et si ejus exemplo cujus

im-


immeriti vicem gerimus, quod uni ex minimis noſtris fit, nobis fieri reputemus, quia tamen ſicut ſtella difert a ſtella in claritate, ita inter eos eſt diſtinctio meritorum; nos cupientes, quo per eum ſedes Apoſtolica ſublimius honoratur, univerſitatem veſtram rogamus, monemus et hortamur attente, ac per Apoſtolica vobis ſcripta firmiter precipiendo mandamus, quatenus eundem Legatum vel potius nos in ipſo recipientes ylariter et devote ac debita veneratione tractantes eidem in omnibus et per omnia ſtudeatis efficaciter obedire, ita quod Deum propitium et nos vobis exinde reddatis favorabiles et benignos, alioquin ſententiam, quam idem rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus auctore Domino inviolabiliter obſervari. . . . . *)

Ex Regeſto Anni VIII. Literarum Apoſtolicarum *Honorij* PP. III. Tom. 4. ep. 405.

*) Harum litterarum anſam dedit concilium militare in Campania celebratum, cui *Honorius* Pontifex Patriarcha Hieroſolymitanus, *Fridericus* Imperator, *Joannes* Rex Hieroſolymorum ac religioſorum equitum Magiſtri alijque viri principes interfuerunt. Calcar addiderunt triſtes Alexandrini Patriarchae litterae ad *Honorium*. Confer. *Scriptores Hiſtoriae Eccleſ.* ad h. a.



L.



L.

BREVE HONORIJ PP. III. AD ARCHI EPISCOPUM MAGUNT. DE EXTINGUENDO DEBITO, QUO WORMACIENSIS ECCLESIA EST OBLIGATA.

Honorius etc. Venerabili Fratri . . Archi Episcopo Magunt. ſalutem etc.

Cum olim tibi noſtris dederimus litteris in mandatis, ut omnes omnino proventus et redditus Wormacienſis Eccleſie colligi faciens eos in Franciam mitteres apud Trecas, ut exinde dilecto filio *Mattheo Guidonis Marron* et ejus ſocijs civibus Romanis ſatisfieret de pecunia in qua eſt eis Warmacienſis Eccleſia obligata, quia ſicut intelleximus proventus ejus adeo ſunt exiles, quod vix longo tempore poſſet ex eis a debitis eadem Eccleſia liberari,*) fraternitati tue per Apoſtolica ſcripta man-

*) Eccleſia Wormatienſis ingens debitorum onus contraxit et vix non ad incitas redacta eſt circa finem ſeculi duodecimi cum poſt obitum *Henrici* Caeſaris *Panormi* in Sicilia anno MCXCVII. III. Kal. Octobris ſecutum, Reſpublica inter duorum praepotentum aemulorum de Imperio contendentium factiones lacerata et fatali interregno proſtrata, continuis motibus agitari coepiſſet Germania, quibus etiam *Lupoldus* Epiſcopus Wormatienſis involutus fuit. Hinc, dum cuncta rapinis et populationibus partes utrinque miſcebant, agro Worma-


mandamus, quatenus proventus eosdem ſtudeas obligare, Eccleſiarumque Prelatos Canonicos et alios clericos Civitatis et Dioceſis Varmacien: nec non Cives et Vaſſallos Eccleſie, ut in hoc eidem ſubveniant, moneas propenſius et inducas, et ſi neceſſe fuerit per cenſuram Eccleſiaſticam ac judeos tam civitatis quam dioceſis Warmacienſis per ſubtractionem communionis fidelium ad id, appellatione remota compellas. Ita quod usque ad proximum feſtum Reſurrectionis Dominice mille ſexcentas et viginti marcas colligas, computatis in ipſis quadringentis et triginta marcis jam collectis et eas in tuto loco deponas et collecta pecunia ipſa nobis feſtines quantocius intimare, ut dictis Romanis de pecunia ſibi debita celerius ſatisfiat et Eccleſia ipſa facilius liberetur. Datum *Reate* VIII Idus Iulii Pontificatus noſtri Anno nono.

Ex Regeſto Anni IX. Literarum Apoſtolicarum *Honorij* PP. III. Tom. 5. ep. 368.

matienſi tanta major incubuit vaſtitas, quod *Lupoldus* forte infeliciore ductus pro *Philippo Suevo* adverſus *Ottonem* Saxonem ſtetit, eidemque conſtanter adhaeſit.

Mala Eccleſiae Wormatienſis multum aucta fuere cum *Lupoldus* cum *Sifrido* pro obtinenda Cathedra Moguntina diu contendiſſet, vid. *Schannat Hiſt. Worm. pag. 363.* etc.





LI.

HONORIJ PP. III. BREVE AD ARCHI EPISCOPUM MAGUNT. UT IN DEFUNCTI PRAGENSIS EPISCOPI LOCUM DIGNUS ELIGATUR SUCCESSOR.

H*onorius* etc. Venerabili fratri . . . Archi Episcopo Magunt. salutem. etc.

Novit Fraternitas tua illius zeli fervorem, illamque mentis constantiam qnam in prosecutione libertatis Ecclesiatice habuit et exhibuit bone mem. *A.* *) Pragensis Episcopus, qui secutus illud sapientis consilium pro justitia agonizare usque ad mortem, laboribus, inedia et proprie abjectione persone contemtis pro ipsa Ecclesiastica libertate usque ad ultimum vite diem indefesso animo decertavit; quia igitur sollicita est diligentia providendum, ne vir tante virtutis indignum accipiat successorem, dilectis filijs Capitulo Pragensi nostris dedimus litteris in mandatis, ut cum consilio dilectorum filiorum de *Nepomuck* Cisterc. ord. et de *Ostrou* Abbatum Pragens. Dioc. et . . Prepositi Olomucensis, quos illis consiliarios providimus in hac parte personam scientia, vita et fama preclaram

*) *Andreas* Episcopus Pragensis XVIII. moritur in exilio anno Domini MCCXXIIII. ita *Chronicon Anonymi sec. XV. apud Dobner monumenta historica Boemiae Tom. III. pag. 38.* Successit *Andreas Peregrinus.* ibid.

ram tantoque honori et oneri congruentem in eorum Episcopum et Pastorem destinare procurent. Cum ergo id pensato statu Pragensis Ecclesie faciamus, sine tui juris prejudicio vel honoris Fraternitati tue per Apostolica scripta mandamus, quatenus factum hujusmodi tua sustineat Caritas patienter. Datum *Laterani* IV. nonas Octobris Pontificatus nostri Anno IX.

Ex Regesto Anni IX. Literarum Apostolicarum *Honorij* PP. III. Tom. 5. ep. 23.



LII.

BREVE HONORIJ PP. III. AD ARCHI EPISCOPUM MOGUNTINUM, NE EPISCOPUM HERBIPOLENSEM EX CAUSIS COMPELLAT VENIRE PERSONALITER AD CONCILIUM.

Honorius etc. Venerabili Fratri . . Archi Episcopo Maguntino salutem etc.

Pro diversitate causarum varia oportet remedia inveniri, cum nec singulis languoribus unica sit oportuna curatio, nec convenientia existant uni morbo antidota universa. Nuper sane Venerabilis Frater noster . . .*) Herbipolensis Episcopus nobis exposuit, quod cum filij *Belial* nobiles quidam et potentes regionis illius cum complicibus

 eo-

*) *Otto* de *Lobdeburg*, de quo supra ad an. 1218.

eorumdem bone memorie C.*) ipsius antecessorem et consanguineum occidissent, ipsi cum tota posteritate prout exigebat crudelitatis excessus puniti fuerunt, qui postmodum tanto scelere non contenti, successorem illius videlicet bone memorie . . .**) Herbipolensem Episcopum ejus patruum nisi sunt occidere, tanquam qui Episcopalem dignitatem didicerant fuso sanguine maculare, propter quod Episcopus ipse a facie fugiens tribulantium Herbipolensem civitatem deseruit et Ecclesiam, sicque vix manus eorum evasit. Unde in penam ipsorum bona sua extiterunt ad alios devoluta. Ob hoc ergo predicti malefactores cum eorum filijs complicibus et amicis in vindictam rerum ammissarum sanguinem ejus sitiunt, quia predictorum Episcoporum proximus est propinquus et eis in onere ac honore successit. Cum autem prenominatus Episcopus pro eo quod sicut asserit de diocesi et familia tua dicti molestatores existunt, tutum sibi fore non extimet, ut ad civitatem vel diocesim Maguntinam accedat, quod ut proponit sine periculo corporis facere non valeret, humiliter supplicavit, ut misericorditer indulgeremus eidem, ne vocatus a te Metroplitano ipsius ad Concilium vel ad alia venire personaliter teneatur, sed se per sollempnes et idoneos nuntios presentare; Presertim cum prenominato antecessori suo propter suspicionem hujusmodi a sede Apostolica indultum fuisse proponat, ne ad presentiam tuam personaliter

*) *Conradum* de *Ravensburg*.

**) *Hermannum* de *Lobdeburg*.

ter accedere teneretur. Nos vero ipsius supplicationibus annuentes, cum nemo debeat sibi suspectis et inimicis exponi et geminus tam dire presumptionis illorum conatus terrere possit eundem Episcopum, ut merito sibi debeat, qualiter cesset funesta pernicies et tanti furoris subtrahatur materia, providere, Fraternitati tue per Apostolica scripta mandamus, quatenus contra tenorem ipsius indulgentie prefatum Episcopum ad presentiam tuam accedere non compellas, contentus, quod se tibi presentet cum eum a te vocari contigerit per idoneos nuntios et sollempnes. Datum *Reate* V. Idus Octobris Pontificatus nostri anno Decimo.

Ex Regesto Anni X. Literarum Apostolicarum *Honorij* PP. III. Tom. 5. ep. 79.

LIII.

BREVE HONORIJ PP. III. AD ARCHI EPISCOPUM MOGUNTINUM OB DEBITA AB ECCLESIA WORMATIENSI EXPUNGENDA.

H*onorius* etc. Venerabili Fratri . . . Archi Episcopo Magunt. salutem etc.

Ex parte tua fuit coram nobis expositum, quod tum, sicut a nobis in mandatis acceperas, ad Warmaciensem accedens Ecclesiam Ecclesiarum Prelatos, Canonicos et alios clericos civitatis et diocesis Warmatiensis nec non cives Vasallos et ju-

deos etiam monueris diligenter, ut usque ad festum *Resurrectionis Dominice* proxime preteritum in mille sexcentis et viginti marcis colligendis a Te computatis in ipsis quadringentis et triginta marcis jam collectis eidem Ecclesie subvenirent pro solutione debitorum, *) quibus est plurimum aggravata, ipsi hoc facere contempnentes in vocem appellationis frustatorie proruperunt, quam tu reputans frivolam et inanem in eos excommunicationis sententiam promulgasti. sed predicti Prelati et clerici sententiam ipsam pertinaciter contempnentes, excommunicati excommunicatis presumant divina officia celebrare in animarum suarum periculum et scandalum plurimorum. Ne igitur illi de sua valeant contumacia gloriari, Fraternitati tue per Apostolica scripta mandamus quatenus dictam excommunicationis sententiam, sicut rationabiliter est prolata, facias ad satisfactionem condignam auctoritate nostra sublato appellationis obstaculo inviolabiliter observari, et si forte aliqui noluerint satisfacere, ipsis juxta formam Ecclesie beneficium absolutionis impendas, et cum clericis, qui taliter celebrarunt, ad mandatum tuum humiliter redeuntibus, tibi liceat misericorditer dispensare, illos autem, qui perdurarunt contumaces canonica disciplina castiges. Datum *Laterani* secundo nonas junij Pontificatus nostri anno Decimo.

Ex

*) De contractis hisce debitis vide annum praecedentem.

Ex Regesto Anni Decimi Literarum Apostolicarum *Honorij* PP. III. Tom. 5. ep. 297.



LIV.

BREVE HONORIJ PP. III. QUOD INDULTUM EPISCOPO HERBIPOLENSI EX CAUSIS CONCESSUM, NE PERSONALITER AD CONCILIUM ACCEDAT, ECCLESIAE MOGUNTINAE NON CEDAT IN PRAEJUDICIUM.

Honorius Episcopus servus servorum Dei Dilectis filijs . . Majoris Ecclesie et . . . *S. Marie ad gradus* Prepositis et . . . Decano *S. Marie ad gradus* Coloniensis. salutem et Apostolicam benedictionem.

Significante olim nobis venerabili fratre nostro . . Herbipolensi Episcopo, quod cum quidam viri sanguinum regionis illius cum eorum complicibus bone memorie *C.* *) antecessorem et consanguineum ejus impie occidissent, ipsi cum tota posteritate, prout exigebat inmanitas excessus juste puniti, nec tamen compuncti, sed ad effundendum sanguinem innocentem rabidiores effecti successorem occisi predicti Episcopi patruum occidedere attemptarunt, propter quod coactus fuit Herbipolensem deserere civitatem et illorum bonis ad alios devolutis ipsi cum eorum filijs complicibus et amicis in vindictam rerum amissarum ip-

 sius

*) *Conradum* Episcopum Herbipolensem. *vid. supra.*

ſius Epiſcopi, qui predictorum Epiſcoporum eſt conſanguineus et eis in onere ac honore ſucceſſit, ſanguinem ſitiebant, quare non erat ſibi ſecurum accedere ad civitatem vel Dioceſim Maguntinam, cum dicti malefactores eſſent de dioceſi et familia venerabilis fratris noſtri . . . Archi Epiſcopi Mogunt.; nos nolentes tantum virum exponi gladijs impiorum, eidem indulſimus, ut vocatus a predicto Archi Epiſcopo Metropolitano ſuo ad Concilium vel ad alia venire perſonaliter non cogatur, ſed teneatur ſe per ſollempnes et idoneos nuntios preſentare, preſertim cum hoc idem Predeceſſori ſuo fuiſſet a ſede Apoſtolica, ut proponebat, indultum. Verum idem Archi Epiſcopus et Capitulum Magunt. querulas ad Nos literas deſtinarunt, quod dictus Epiſcopus occaſionibus non veris ſed frivolis mendicatis ſe ſubtrahere nititur ab obedientia Eccleſie Maguntinenſis; aſſerit enim excuſans ſe, quod nullum ipſius Epiſcopi ſanguinem ſitientem vel rerum vel conſcium necis Predeceſſoris illius tenuerit vel teneat in oppido vel in domo; adjecit etiam, quod idem Epiſcopus *Magunt. Warmaciam Franckevore* et alia vicina loca que ſibi dicit eſſe ſuſpecta, ſepe adijt ſine metu, habens unum de ipſius Epiſcopi occiſoribus *Theodoricum* de *Mogo*, ſcilicet ſpecialem ſecretarium et amicum, Qnare idem Archi Epiſcopus nobis humiliter ſupplicavit, ut licet duobus predeceſſoribus ipſius Epiſcopi hoc fuerit ex cauſa forſan indultum, ne tamen continuatio ad conſequentiam pertrahatur, indulgentiam quam ſe predictus Epiſcopus

per

per falſas adinventiones a nobis extorſit provide, revocantes, non pateremur Maguntinam Eccleſiam mutilari. Ne igitur alteri gratiam in alterius injuriam facere videamur, diſcretioni veſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus inquirentes ſuper hijs diligentius veritatem ſi cognoveritis, quod dictus Epiſcopus ſecure valeat ad Eccleſiam Maguntinam accedere, praedictam indulgentiam ſublato apellationis obſtaculo, revocetis; alioquin eum uti ſua indulgentia permittatis, ita tamen, quod ad ſuos non tranſeat ſucceſſores. Teſtes autem qui fuerint nominati ſi ſe gratia, odio vel timore ſubtraxerit, per cenſuram Eccleſiaſticam ceſſante appellatione cogatis veritatis teſtimonium perhibere. Quod ſi non omnes ijs exequendis intereſſe potueretis, duo vel alter veſtrum ea nichilominus exequatur. Datum *Laterani* nonis junij Pontificatus noſtri anno decimo.

Ex Regeſto Anni X. Literarum Apoſtolicarum *Honorij* PP. III. Tom. 5. ep. 288.



LV.

BREVE HONORIJ PP. III. QUO F. ROM. IMP. LIBERATIONI TERRAE SANCTAE INSISTENS IN SPECIALEM PROTECTIONEM SUSCIPITUR.

H*onorius* etc. Venerabilibus Fratribus . . Archi Episcopo Magunt. et . . Episcopo Bambergensi salutem etc.

Sincera devotio quam Cariſſimus in Chriſto filius noſter *F.* *) illuſtris Romanorum Imperator ſemper Auguſtus et Rex ſicilie ad Deum et Eccleſiam habere dinoſcitur, nos inducit, ut ad ejus tranquillitatem et pacem diligenti ſtudio et ſtudioſa diligentia intendamus. Cum igitur idem zelo fidei ac devotionis accenſus ad liberationem Terrae in qua Rex Regum et Dominus Dominantium jheſus Chriſtus Generis humani ſalutem dignatus eſt miſericorditer operari, potenter ſicut Imperialem decet magnificentiam ſe accingat; **) Nos ut tam pium et ſalubre propoſitum melius valeat adimplere, ſuam et filij ſui perſonas cum Imperio, Regno, juribus et honoribus ſuis ſub beati *Petri* et noſtra pro-

*) *Fridericus.*

**) *Fridericus* Imp. magno armorum terrore hoc anno non ad deſigenda apud Sarracenos crucis trophaea, ſed ad ſubjiciendos ſibi Inſubres expeditionem comparavit. vid. *Richardus de S. Germ. in Chron.*

protectione suscepimus districtius inhibentes, ne quis interim ea invadere, minuere vel quomodolibet perturbare presumat sed ubilibet ad|redituum ejus sub speciali Apostolice sedis et Archi Episcoporum et Episcoporum defensione libera et quieta consistant. Quocirca Discretioni vestre per Apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus si qui contra prohibitionem nostram ausu temerario venientes ipsius Imperatoris honores et jura, que infra fines tue Metropolis frater Archi Episcope obtinet, invadere vel minuere seu quomodolibet presumpserint indebite perturbare, hujusmodi presumptores undecumque fuerint, ut a sua presumptione desistant et de presumptis debitam satisfactionem impendant, monitione premissa per excommunicationem in personas et interdictum in eorum terras appellatione remota cogatis quotiens fueritis requisiti. Quod si non ambo ijs exequendis interesse potueritis, alter vestrum ea nihilominus exequatur. Datum *Laterani* Idibus januarij Pontificatus nostri Anno undecimo.

Ex Regesto Anni XI. Literarum Apostolicarum *Honorij* PP. III. Tom. 5. ep. 464.



LVI.



LVI.

BREVE HONORIJ PP. III. IN FAVOREM REPARANDAE ECCLESIAE NORTHUSENSIS. *)


H*onorius* etc. Dilectis filijs universis *Christi* fidelibus per Maguntinam Provinciam constitutis salutem etc.

Quoniam ut ait Apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi prout in corpore gessimus sive bonum fuerit sive malum, oportet nos diem mansionis extreme misericordie operibus prevenire ac eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu colligere debeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat parce et metet et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam; hinc est, quod cum dilecti filij Prepositus et Capitulum *Northusen*: intendant reparationi Ecclesie sue, que tantum minatur pre nimia vetustate ruinam, quod ijdem in choro et presbiter in altari dubitent celebrare divina, nec ad hoc ipsius Ecclesie sufficiant facultates, universitatem vestram monemus et hortamur in Domino atque in remissionem vobis

*) Collegiatae Ecclesiae *Northusensis* initia referuntur ad annum seculi XIII. vigesimum, prout id discimus e diplomate *Friderici* II. Rom. Regis, quod alibi dabimus.

bis injungimus peccatorum, quatenus de bonis vobis a Deo collatis grata eis ad hoc pietatis ſubſidia conferatis, ut per ſubventionem veſtram opus hujusmodi valeat conſumari et vos per hec et alia bona, que Domino inſpirante feceritis ad eterne poſſitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de Omnipotentis Dei miſericordia et beatorum *Petri et Pauli* Apoſtolorum eius auctoritate confiſi omnibus eidem operi manus auxilii porrigentibus viginti dies de injuncta ſibi penitentia relaxamus, preſentibus poſt triennium minime valituris. Datum *Laterani* quinto Kal. Martij Pontificatus noſtri Anno XI.

Ex Regeſto Anni XI. Literarum Apoſtolicarum *Honorij* PP. III. Tom. 5. ep. 558.



LVII.

BREVE HONORIJ PP. III. PRO OSNABRUGENS. ELECTO.

Honorius etc. Dilectis filijs . . Prepoſito Majoris Eccleſie et ejusdem Eccleſie et . . ſancti *Stephani* Decanis Magunt. ſalutem etc.

Quia indignum erat, ut dilectus filius C. *) Oſemburgenſis Electus Eccleſiaſtica proviſione careret,

*) *Schaten in Annal. Paderborn. lib. X. ad an. 1225. pag. 1008.* ait: Quis vero in Epiſcopatu Oſnabrugenſi Succeſſor fuerit, mirum, quam varient auctores; *Ertwinus, Crantzius, Merſaeus* et *Cienſor-*

reret, qui ab amministratione fuerat Ecclesie Osemburgensis amotus et aliqua ad sustentationem suam beneficia non habebat, cum diu in multa humilitate apud sedem Apostolicam nostram implorando gratiam expectarit, Nos de fratrum nostrorum consilio duximus providendum, ut per quosdam Ecclesiarum Prelatos ac successores eorum, nec non capitula provideatur eidem, nostris sibi dantes litteris in mandatis, ut venerabiles fratres nostri Osemburgensi Episcopus in centum marcis puri argenti, Trajectensis in viginti quinque, Monasteriensis vero in viginti, et Herveldensis, Wedensis et Corbejensis Abbates in triginta, ita quod quilibet eorum in decem provideant annuatim, medietate in festo sancte *Walburgis*, reliqua vero in festo *S. Martini* annis singulis ab eis ac eorum successoribus ei vel procuratori ejus, quoad vixerit exhibenda juxta nostram continentiam literarum Capitula vero Majoris et *S. Joannis* Osemburgensis, Monasteriensis et Verdensis Ecclesiarum eum recipiant in Canonicum et in fratrem assignaturi sibi prebendas, si vacant ad presens, vel cum primum in Ecclesijs vacarint eisdem et annuatim donec vacaverint de communi et sive presens sive absens

sorgius, *Adolpho*, nulla habita ratione *Engelberti* Jsenburgici substituunt *Engelbertum* Teclenburgensem comitem, *Gelenius Engelberto* Isenburgico subrogat *Conradum* ex inscriptione Ecclesiae Heisterbacensis, cujus Dedicationi anno 1227. interfuisse legitur *Conradus* Osnabrugensis Episcopus. Hunc ipsum *Conradum* nominat Breve nostrum, sicque lis ista historica determinatur.

ſens fuerit, quantum reſidens de prebenda ſua perceperit, proviſuri et exhibituri terminis ſupradictis. Ideoque diſcretioni veſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus prefatos Epiſcopos et Abbates ac ſucceſſores eorum nec non Capitula ſupradicta ad hec ſi neceſſe fuerit, per cenſuram Eccleſiaſticam, ſublato cujuslibet contradictionis et appellationis obſtaculo compellatis. Conſtitutione de duabus dietis in Generali Concilio edita non obſtante. Quod ſi non omnes etc. Datum *Laterani* Tertio Idus januarij Pontificatus noſtri Anno XI.

Ex Regeſto Anni XI. Literarum Apoſtolicarum *Honorij* PP. III. Tom. 5. ep. 480.



LVIII.

BREVE HONORIJ PP. III. INDULGENS ABSOLUTIONEM A DELICTIS INTUS NOMINATIS.

H*onorius* etc. Venerabili Fratri . . Archi Epiſcopo Magunt. ſalutem etc.

Super hijs que ad ſalutem pertinent animarum tibi libenter annuimus et favorem Apoſtolicum quantum cum Deo poſſumus, impartimur. Tuis itaque ſupplicationibus inclinati illis qui de tua dioceſi pro violenta manuum injectione in clericos vel alios religioſos nec non pro incendio excommunicationis ſententiam incurrerunt, abſolutionis

tionis beneficium si humiliter postulaverint juxta formam Ecclesie impendendi dummodo injuriam vel dampna passis congrue satisfaciant, juncta eis propter hoc penitentia competenti auctoritate tibi presentium concedimus facultatem, nisi forte illorum adeo fuerit gravis et enormis excessus, quod merito sint ad sedem Apostolicam destinandi. *) Datum *Laterani* VI. Kal. Martij Pontificatus nostri Anno XI.

Ex Regesto Anni XI. Literarum Apostolicarum *Honorij* PP. III. Tom. 5. ep. 568.

*) Circa casuum reservationes notandum, quod seculo XI. ipsi Episcopi nonnullos graviorum criminum reos ad sedem Apostolicam miserint, vel ut a Pontifice reconciliarentur, vel ut a Pontifice poenitentia eisdem imponeretur; qua demum peracta ab Episcopis absolverentur. vide etiam *Conc. Trident. sess. 14. cap. 7. de poenitentia et l. c. canonem secundum.*

LIX.

BREVE HONORIJ PP. III. DISPENSANTIS SUPER PLURALITATE BENEFICIORUM.

H*onorius* etc. Dilecto filio *C.* *) Decano Magunt. salutem etc.

Qui

*) *Christianus*, qui Majoris Decani dignitatem gessit usque ad an. 1236. quo factus est Praepositus. *Joannis Tom. 2. pag. 299.*


Qui bene meritos cupimus invenire, tanto libentius honoramus inventos, quanto ad ſtudium honeſtatis deſiderabilius allicimus univerſos, cum et ſi virtus nullis comitata bonis exterius ex ſe ſit principaliter appetenda, ſicut tamen dignis retributionibus honorata deſiderabilior redditur, ita minus fieret appetibilis, ſi, quod abſit, ſperatis premijs fraudaretur. Cum igitur venerabilis frater noſter C. Portuenſis Epiſcopus tunc Apoſtolice ſedis Legatus honeſtate morum, litterarum ſcientia, nobilitate generis et ceteris tue probitatis meritis rite penſatis tibi conceſſerit, ut Prepoſituram ſancti *Victoris* et de *Undenheim* et de *Genſen* Eccleſias una cum Decanatū valeas retinere, ſupplicans nobis inſtanter, ut hoc idem tibi ex diſpenſationis noſtre Gratia largiremur. Nos ejus precibus inclinati et probitati tue favorem debitum impendentes, tecum ut predictas dignitates et Eccleſias *) retinere valeas, auctoritate Apoſtolica diſ-

*) Antiquiſſimi Eccleſiae Canones de pluralitate beneficiorum tacent; eo quod tunc erat impoſſibilis, cum beneficiorum diſtinctio ab ipſis ordinibus nondum invaluiſſet neque beneficij collatio ab ipſa ordinatione eſſet ſeparata. Aevo poſteriore abuſus iſte in Eccleſiam irrepere coepit, contra quem Patres *ſynodi ſeptimae can. 15.* decreverunt: Clericus ab hoc deinceps tempore in duabus Eccleſijs non collocetur; negotiationis enim et turpis lucri proprium eſt et ab Eccleſiaſtica conſuetudine alienum. Ab ipſa enim Domini voce audivimus non poſſe quempiam duobus dominis ſervire . . . . unuſ-

dispensamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere etc. si quis autem etc. Datum *Laterani* VI. nonas Martij Pontificatus nostri anno XI.

Ex Regesto Anni XI. Litterarum Apostolicarum *Honorij* PP. III. Tom. 5. ep. 567.

unusquique ergo secundum dictum Apostolicum in eo, quo vocatus est, debet manere et in una Ecclesia residere; quae enim propter turpe lucrum fiunt in Ecclesiasticis negotijs, ea a Deo sunt aliena.



LX.

ANONYMI CHRONICON ARCHI EPISCOPORUM MAGDEBURGENSIUM.

ab anno DCCCCLXVIII. usque in annum MCCCCLXII.

I.

Adelbertus. Hic fuit ex Monasterio *S. Maximini* Treviris. Hunc misit primus *Otto* Imp. ad praedicandum Prucis: sed expulsus fuit ab eis et male tractatus. Deinde propter preces gloriosissimi Imp. *Ottonis* benignissime susceptus et in Archiepiscopum *Magdeburgensem* Anno Domini DCCCCLXVIII. et a *Johanne* Pontifice est confirmatus, a quo etiam pallium suscepit. Fuit etiam magni nominis et meriti, et instructissimus omni-

um

um liberalium artium. Obiit anno Domini DCCCC LXXXI. postquam Ecclesiam suam rexisset per annos XIII. et menses VIII.

II. *Gyselarius.* Electus fuit Anno DCCCC LXXXII. ob preces *Ottonis II.* Imp. suscepto pallio a *Benedicto* Papa VII. Hic fuit prius IIII. annis Episcopus Merseburgensis, et postea utrumque Episcopatum coeca ambitione simul retinuit. Sedit autem annis XXII. et obiit Anno M.IIII.

III. *Dagenus.* Electus anno M.IIII. suscepit pallium a *Joanne* XIX. *) et sedit Annis VIII. menses IIII. dies VIII. Hic Deo dilectus et hominibus: nam bonus servus et fidelis, qui Ecclesiam suam in brevi quo sedit, pluribus praediis a Rege acquisitis auxit. Anno autem Domini M.XII. *Merseburk* venit, ibi infirmatus, navi *Gebichenstein* est eductus, ubi cum pernoctasset, altera die deficiens, inter orationes et lacrymas Fratrum, Deo animam reddidit.

IV. *Waltardus.* Electus fuit Anno M.XIII. et sedit tantum menses VIII. Hic fuit prius praepositus Ecclesiae Magdeburgensis. Hic etiam sarcophagum ingens ad includendas sanctorum reliquias fabricari fecit. Tandem infirmatus in *Gybichenstein* accersitis septem Episcopis benedictionis et orationis gratia, appropinquante die exitus, anima, de ergastulo carnis absoluta, ab an-

 gelis

*) A *Willigiso* Archiep. Mog. consecratus est. vid. chronicon Magdeburg. *apud Meibom. S. R. G. T. II. pag. 282.*

gelis in requiem deducitur beatorum Anno dom. M.XIIII.

V. *Gero.* Electus Anno M.XIIII. Hic virgam pastoralem accepit a Rege *Henrico II.* cujus etiam antea fuit Capellanus. Pallium vero a Papa *Benedicto*, et sedit Annos X. mensem I. Eundem diuturno pedis lanquore fatigatum castigavit misericors Deus. Decessit autem anno Dom. M.XXIIII.

VI. *Humfridus.* De Herbipoli Electus fuit Anno M.XXIIII. et sedit Annos XXVI. et menses II. Hic sacrarium majoris Ecclesiae erexit, sub quo et Cryptam construens, quam in honore *B. Kyliani*, prioris sui patroni, dedicavit. Decessit autem Anno Dom. M.L.

VII. *Engelhardus.* Electus Anno M.L. virgam accepit ab *Henrico III.* Pallium vero a *Leone* papa IX. et sedit Annis XII. obiit Anno M.LXIII.

VIII. *Wernerus.* Electus Anno M.LXIII. sedit annis XIIII. Hic fundavit Monasterium *Beatae Virginis.* Postremo obiit in bello, quod habuit Imperator cum Saxonibus Anno M.LXXVIII.

IX. *Hardewicus.* Fuit Electus Anno M.LXXIX. est sedit annis XXII. mens. X. et dies X. Iste *Hardewicus* fuit Canonicus Ecclesiae Mogunt. et praepositus Erfordiensis Idem Archiepiscopus venit Anno M.C.II. cum *Beatrice*, filia *Ottonis*, ducis Suevorum, et aliis quibusdam Principibus ad Curtem *Vaderoth*; unde, dum quadam die cenasset incolumis et laetus, eadem nocte XV. Kalend. Julii

lii obiit repentina morte praeventus. Ipsa quoque nocte in *Magdeburk* civitate Frater quidam verax et fidelis de illo in somnis territus in visione est; in choro namque Majoris Ecclesiae visus est sibi multos sanctorum utriusque sexus ibi convenisse, inter quos aderat, velut irato vultu metuendus ipsius Loci advocatus *Mauritius*, et illic prefatus Archiepiscopus ante medium deductus, et a cunctis judicatus eo quod res et bona a dilecto *Ottone* tradita alienasset, et Ecclesiae suae non bene praefuisset, Episcopalibus ornamentis est spoliatus, ac de choro ab eisdem expulsus et exclusus. Ille autem qui hoc viderat, expergefactus mane, convocatis senioribus, narravit Fratribus visionem somnii. Nuntius in medio itineris, mortui jam in curru advectitio ejusdem Episcopi fit obvius, a quibus relatione mutua agnoscitur, Ipsum, qua haec visio facta est, hora, fuisse defunctum.

X. *Ericus.* Electus Anno M.CIII. a Canonicis et non ab Imperatore, sicut coeteri ante ipsum, suscepit pallium a *Paschali* Papa, et sedit Annis IIII. mens. VIII. obiit Anno M.C.VII.

XI. *Adalgotus.* Electus anno M.C.VIII. sedit Annos XI. mens. XI. dies XXII. Hic coepit aedificare monasterium *Novi-operis*.

XII. *Rochardus.* Electus fuit Anno M.C.XIX. Hic probitate et eloquentia satis clarus. Sedit Annis VI. et Consecravit *Novum-opus*. obiit Anno M.C.XXV.

XIII. *Northbertus.* Electus fuit Anno M.C. XXV. et suscepit Pallium ab *Honorio* Papa, et sedit Annis VII. mens. X. dies XX. Hic fuit tempore *B. Bernardi* Novitius apud claram - vallem in ordine Cistercienfium. Deinde exiens coepit colligere discipulos, et instituit ordinem praemonstratensium. Obiit Anno M.C.XXXIIII.

XIV. *Conradus.* Electus fuit Anno M.C. XXXIIII. Hic a *Lotbario* Imp. confirmatur, et ab *Innocentio* Pallio donatur. Sedit Annis XIII. Ex nobilibus Saxoniae extitit oriundus, Patre videlicet *Gevebardo* de *Querfordia*, qui fuit Nepos *Lotbarii* Imp. Hujus tempore venerunt Praedicatores *Hallam.* obiit M.C.XLVII.

XV. *Fridericus.* Electus anno M.C.XLVII. Sedit Annis V. mens. VIII. dieb. VII. obiit Anno M.C.LII.

XVI. *Wichmannus.* Hic in flore suae juventutis obtinuit praebendam in *Halberstat*; postmodum fuit electus et confirmatus Episcopus in *Citzzi*, cum autem post mortem *Friderici* sui antecessoris Anno M.C.LIIII. Canonici Magdeburgenses in Electione discreparent, *Fridericus* Imp. hunc *Wichmannum* statuit in Archiepiscopum, qui et a domino Apostolico *Eugenio* pallium obtinuit. Sedit Annis XLVIII. Fuit filius Comitis *Geronis* de *Seborch*: mater vero ejus dicebatur *Mechtilt*, quae fuit soror *Conradi* Comitis de *Missen*, Fundatoris *montis - Sereni.* Item; Anno M.C.LXXI. jdem venerabilis praesul *Wichmannus* fundavit regale claustrum *Cynna*

na prope *Juttenbourg*. Item anno M.C.LXXXIIII. Idem praeſul fundavit Monaſterium *S. Mauritii* in *Halla*; et multa bona praedicto monaſterio contulit et ordinavit. Poſtremum cum multa bona et caſtra et oppida Eccleſiae Magdeburgenſi aggregaſſet, migravit ad Chriſtum.

XVII. *Ludolfus*. Hic caſtrum *Schraplaw* conſtruxit. obiit M.CC.VII.

XVIII. *Albertus I.* Electus Anno M.CC.VII. ſedit Annis XXV. Hic caput *S. Mauritii* ad Eccleſiam *Magdeburk* contulit, et ejus tempore venerunt Fratres Praedicatores, et Minores, ad *Magdeburk*. obiit Anno M.CC.XXXII.

XIX. *Burchardus I.* Electus anno MCCXXX III. et confirmatus: ſed non conſecratur. ſedit annis II. obiit Anno M.CC.XXXV.

XX. *Wilbrandus*. Electus anno M.CC.XXXV. ſuſcepit pallium a papa *Honorio III.* ſedit annis XV. obiit anno M.CC.L.

XXI. *Rudolphus*. Electus Anno M.CC.L. ſedit Annis VII. obiit morte ſubitanea in menſa Anno M.CC.LVII.

XXII. *Rupertus*. Electus Anno M.CC.LVIII. eodem anno vocatus a Papa *Alexandro* ad curiam, ibi ordinatus pallium ſuſcepit. Hic fuit de *Querfordia*, et ſedit Annis XIII. obiit Anno M.CC. LXVII.

XXIII. *Conradus.* Electus Anno M.CC. LXVII. ſedit Annis X. obiit anno M.CC.LXXVII. Hujus tempore vixit *Iohannes* Teuthonici, praepoſitus Eccleſiae majoris in *Halberſtadt.*

XXIV. *Ericus.* Perſtitit ejus Electio in errore per biennium, donec *Guntherus* de *Schwalenberg* Electus propter infidelitatem Canonicorum et ſuorum Conſiliariorum reſignavit, et *Ericus* Anno M.CC.LXXX. confirmatus, Pallium accepit a *Martino IV.* ſedit Annos XII. menſ. IIII. dies III. Hujus tempore venerunt Fratres Heremitarum *S. Auguſtini* ad *Magdeburk* per interceſſionem *S. Martini*, qui trina viſione id revelavit cuidam Fratri. obiit *Ericus* M.CC.XCIIII.

XXV. *Burchardus II.* Electus Anno M.CC. XCV. ſedit Annis IX. obiit M.CCC.IIII.

XXVI. *Henricus.* Electus Anno M.CCC.IIII. Huic dominus Apoſtolicus pallium dare recuſavit, eo quod modicae litteraturae eſſet, et ſic ſtetit in curia per biennium. Tandem illud obtinuit a Papa *Clemente V.* ſedit Annis III. obiit Anno domini M.CCC.VIII.

XXVII. *Burchardus III.* Electus Anno M. CCC.IX. Hic fuit de *Schrapplaw*, et ſuſcepit pallium a *Clemente V.* Hunc papa cum aliis multis conſecravit, tamen veniens ad iſtum, Lacrymas fudit pro ſingulari affectione quam videbatur ad ipſum habere. Aeſtimo tamen quod ſpiritu prophetico tractus, cum eſſet pontifex anni illius,

pro-

prophetavit lamentabilem ejus interitum. Nam, cum plures Guerras et lites cum Magdeburgensibus habuisset, et Ecclesiam strenue rexisset Annis XVIII. tandem a civibus capitur, et hominibus sceleratis traditur, qui cum fuste et clava in cellario novae-civitatis in cerebro percutientes, proh dolor! occiderunt. Fertur nonnullis miraculis claruisse.

XXVIIII. *Otto*. Electus Anno M.CCC. XXVIIII. sedit Annis VI. Hic fuit filius Lanificis, deinde ord. Minorum, postea vero factus suffraganeus Episcopi Brandeburgensis, tandem Archiepiscopus Magdeburgensis. Ipse fecit et instituit dedicationem Ecclesiae majoris quae steterat. CL. Annis non dedicata. obiit Anno MCCC. LXVII.

XXX. *Albertus II.* Electus fuit Anno M.CCC. LXVII. sedit annis III. Hic invenit Bullam quae continebat, quod Canonici Ecclesiae Magdeburgensis possint celebrare cum Infula. Deinde mutavit Archiepiscopatum cum Episcopatu Olomucensi.

XXXI. *Petrus.* prius Olomucensis Episcopus, suscepit Archiepiscopatum Anno M.CCC.LXXI. et sedit annis X. et recessit clam, et plura bona abstulit Ecclesiae, et reliquit Episcopatum *Ludovico.*

XXXII. *Ludovicus.* Suscepit Archiepiscopatum Anno M.CCC.LXXXI. Hic fuit Marchio mis-

nensis et sedit tantum dimidio anno, qui cum esset in oppido, quod dicitur *Kalb*, cecidit de praetorio, et fracto collo expiravit.

XXXIII. *Fridericus I.* Electus Anno M.CCC. LXXXI. sedit Anno I. Hic fuit prius Episcopus Merseburgensis, et obiit in *Merseburg*, ac sepultus ibidem Anno M.CCC.LXXXII.

XXXIV. *Albertus III.* Electus suscepit pallium ab *Urbano VI.* sedit Annis XX. Hic fuit Comes de *Querfordia*, et obiit Anno M.CCCC.III.

XXXV. *Guntherus.* Electus Anno M.CCCC.III. sedit annis XLII. Hic fuit de *Swartzburg* obiit Anno M.CCC.XLV.

XXXVI. *Fridericus II.* Electus sedit Annis XVII. Hic fuit de *Bichlingen.* Vir justus, multa reformavit tam in Clero, quam in Religiosis. obiit Anno M.CCCC.LXII.

XXXVII. *Iohannes.* Electus Anno M.CCCC. LXII. sedit Annis XIIII. Hic fuit ex ducibus *Bavariae* et Rheni. *)

*) Conferri meretur *F. Wolteri Henrici Strevesdorff Novesiensis sacrae Theologiae Doctoris, Ordinis Eremitarum S. Augustini per Thuringiam et Saxoniam Vicarij Generalis Primas Magdeburgensis hoc est: series Archi Episcoporum et Primatum Magdeburgensium usque ad Guilelmum Austriacum. Accessit refutatio historiae Udonis. Coloniae 4. typo Petri Metternich.* Haec series desumpta est ex MSS. Annalibus Imperialis Abbatiae Bergensis prope *Magdeburgam* casu oblatis *Strevesdorff*

ves-

vesdorffio. vide: etiam *Joann. Christophori von Dreyhaupt Pagus Neletici et Nudzici von dem zu Magdeburg gehörigen Saalcreys Tom. I. et II. fol. Halle* 1755.

LXI.

STATUTA
ECCLESIAE COLLEGIATAE SANCTAE WALPURGIS IN WEILBURGK. *)

In Dei et individue Trinitatis ac beate *Marie* Virginis gloriose nec non sancte *Walpurge* Virginis patronarum Ecclesie in *Wilburg* nomine et honore. **)

Nos

*) In chartis antiquioribus *Wilinaburg*, 1) *Wilanaburg*, 2) *Wilineburg*, 3) etc. audit. Est autem haec Civitas in pago *Logengow* et *Wettereiba* 4) ad fluvium *Wilene* 5) in *Loganam* se effundentem a Seculo decimo jam celebris, quo *Conradus I.* Germaniae Rex aulam curiamque Regiam ibidem fixerat. 6)

1) In charta *Conradi I.* Regis qua tradit Ecclesiae Wilinaburgensi curtem *Rebtenbach* an. 912. *Scheid. orig. Guelf. T. IV. pag.* 280. et ex eo *Cl. Kremer in Origin. Nassoicis Cod. Dipl. pag.* 48. In Diplomate *Conradi I.* super privilegijs Ecclesiae

**) Hoc patrocinium exprimunt chartae de annis 912. 913. pag. 49. et 51. de an. 915. supra jam nominatae.

Nos *Arnoldus* in *Dyckirchen*, *) *Johannes* **) ſancti *Johannis* in *Maguncia* Eccleſiarum Decani ac

ſiae Ultrajectenſi ab Anteceſſoribus datorum confirmatorio an. 914. *Guil. Heda hiſtor. Epiſc. Ultraject. p. 72. Scheid. Orig. Guelf. T. IV. p. 284.* In charta, qua *Conradus* Rex an. 915. curtem ſuam *Naſſowa* monaſterio Wilinaburgenſi donat. *Orig. Guelf. pag. 275.*

2) Vid. Dedicatio Eccleſiae in *Heigerin* cum terminationis ejusdem deſcriptione de an. 1048. quam ex Archivio Dillenburgico protulit cl. *Kremerus in Originibus Naſſoicis T. II. p. 124.*

3) Charta Traditionis Eccleſiae *Wilineburgenſi* de villis *Breitenbach* et *Gladebach* an. 913. facta. *Origines Guelf. T. IV. pag. 276.* Diploma *Henrici II.* quo an. 1002. Civitatem *Wilineburg* tradidit Eccleſiae Wormatienſi ejusdemque Epiſcopo *Burchardo. Orig. Guelf. T. IV. p. 283. Wilenburg* etiam in praecepto *Henrici IV.* Regis compellatur, per quod donationem a matre ſua *Agnete* Imp. factam eccleſiae Wormatienſi confirmat an. 1062. *Schannat Cod. prob. hiſt. Warm. N. LXIV. p. 58.*

In chartis modo allegatis de annis 913. 915. et 993. Eccleſia noſtra in *Wilinaburg* vocatur monaſterium, monaſteriolum, Abbatia. ex hoc tamen male quis inferet, quod inibi floruerit ſtatus monachalis, ſi penſaverit, quod ſubſiſtente adhuc in Canonicorum Collegijs Clericali vita Communi, eorundem Eccle-

*) Eccleſiae Collegiatae *S. Lubentij* in *Ditkirchen* Decanus.

**) *Joannes de Flore* dictus. vid. de *Gudenus T. III. pag. 832.*

ac *Fredericus* de *Milne* *) Scolasticus Ecclesie *Wetzlariensis* arbitri, arbytratores seu amicabiles compositores

elesiae nuncupatae fuerint monasteria, Münster, prout hodiedum compellatur Cathedralis Argentinensis et a monasterijs clericalibus primitus conditis, Monasterium in Westphalia, Monasterium Eiffliae, *Monasterium* in *Meyenfeld* etc. etc. Praefectis Canonicorum, dum commune habebant refectorium, dormitorium etc. sicque monasticam disciplinam aliquatenus tenebant, nomen Abbatis tributum legimus. *Concilium Turonense II. Can.* 24. *Simili modo et Abbates monasteriorum, in quibus Canonica vita antiquitus fuit vel nunc videtur esse, sollicite suis provideant Canonicis,* et Parisiense VI. Can. 37. *Decet imo necesse est, ut Abbates Canonicorum attendant, ut quid Abbates vocentur.* Atque hinc factum, ut etiam postquam Canonici ad vitam singularem transierunt, in aliquibus ecclesijs adhuc nomen Abbatis penes eorum primarium praefectum manserit, uti ostendit *Milanus lib.* 2. *de Canonicis c.* 5. observatque non recte colligi, Ecclesiam Canonicorum olim fuisse monachalem, eo quod nomen Abbatis Praefecto Canonicorum tribuitur.

Prima, quae inter chartas Wilineburgenses an. 912. nobis occurrit, diserte meminit, quod Curtis *Rehtenbach* ad sacrosanctam Dei domum in *Wilinaburg* tradita fuerit ad victum Clericorum ibidem Deo famulantium.

4) *Besselij prodromus Chronici Gottwicensis p.* 521.

5)

*) De *Milne*, *Milen*, in Germanicis *Melen* adhuc occurrit an. 1342. *de Gudenus Tom. V. pag.* 336.

positores super reformacione divini cultus, choralis discipline ac ordinationis observande tam in spiritualibus quam in temporalibus in Ecclesia Wilburgensi ab honorabili viro Domino *Cesario* Scholastico in Ecclesia sancti *Florini* in *Confluencia* ac Officiali Domini ArchiEpiscopi Trevirensis deputati, nec non a discretis viris Dominis Decano et Capitulo ejusdem Ecclesie Wilburgensis concorditer electi statuimus et feliciter ordinamus, quod omnes Canonici residеant et sint presentes et ad requisitionem Capituli Decanus una cum Capitulo per sententiam Capituli non residentes suspendat, qui cum restituendi fuerint, non poterint per Decanum sine scitu Capituli restitui et consensu. Nihil quoque percipient de fructibus prebendarum suarum absentia eorum durante. a)

Item

5) *Wilene* amnis, die *Weil.* Fontem ejusdem reperies in terminacione Ecclesiae *Brunnon* apud *Joannis Tom. II. pag.* 514.

6) *Witichindus lib.* 1. *annal. Heda in Episcopis Ultraject. pag.* 72.

a) Idem statuitur in Concilio Provinciali Trevirensi sub *Baldewino* Archiepiscopo anno 1310. celebrato; Cap. CXVII. = Item sub poena praedicta (excommunicationis latae sententiae) firmiter praecipimus, ne quaecunque persona ecclesiastica nostrae civitatis, dioecesis et provinciae, grossos fructus ecclesiastici beneficij percipiat, nisi in eodem beneficio residentiam fecerit, ut tenetur, et faciat personalem, nisi cum eo super hoc canonice fuerit dispensatum.

Suspen-

Item volumus et precipimus, quod tam Canonici quam alij beneficiati chorum frequentent ad

Suſpenſio, cujus hoc ſtatutum meminit non eſt, cenſura eccleſiaſtica ex poteſtate clavium procedens, ſed caſtigatio mere diſciplinaris, ſuſpenſum privans perceptione fructuum ante factam reſtitutionem aut ſuſpenſionis relaxationem. Ex antiquis Eccleſiae Moguntinae conſuetudinibus hic notandum: „ quod licet Decanus Scolaſticum et Cantorem per ſe non poſſit ſuſpendere, tamen propter eorum abſenciam aſſiduam vel eciam diuturnam, capitulum id, quod quondam Cellerarius potuit eccleſie, requiret a ſuperiori de Capitulo ſuſpenſionem; nec capitulum debet denegare, nec ſine Capitulo aliquis poteſt nec debet relaxare. . . . Ipſe Decanus poteſt Canonicos et vicarios in omnibus horis canonicis ſuſpendere, et hoc non niſi ipſe perſonaliter ſit preſens. Suſpenſiones Canonicorum ſic ſe habent, quando Decanus dicit ſimpliciter: ſuſpendo abſentes, tunc nichil perdunt, niſi vinum, quod eis debetur illa die in cellario Dominorum. Item ſi vult aggravare, tunc debet dicere: ſuſpendo abſentes in pane et vino, et panis eis non datur ad prebendas niſi feria tercia de Granario Dominorum, et ideo Decanus ſit diſcretus; quod ſi ita ſuſpendit, quod hoc faciat feria tercia et ſic perdit quilibet Canonicus maldrum ſiliginis et minam tritici et hoc remanet in granario Dominorum et veniet ad communem utilitatem eccleſie. Item ſi ſuſpendit ſabbato in vino et in pane, tunc quilibet perdit quatuordecim panes videlicet ſeptem albos et ſeptem nigros apud piſtorem Domini Praepoſiti Maguntin. et illi panes non cedunt Prepoſito, ſed debent dari pauperibus ſcolaribus ſervientibus in Choro; et ſi forte ſuſpen-

ad ſingulas horas canonicas, niſi infirmitas vel alia cauſa legitima, quam Decanus ſcire debet, excuſet. b)

De

ſuſpenſio illa ad magnam ſummam ſe extenderet, tunc poteſt diſcretio Decani dividere illos panes apud Prepoſitum, ut dictum eſt, partem unam Scolaribus et aliam partem alijs pauperibus in hoſpitali; et iſtas ſuſpenſiones ipſe Decanus ſemper relaxare poteſt ad voluntatem ſuam et non obſtantibus illis ſuſpenſionibus canonici poſſunt intrara chorum et legere et cantare et etiam ſimili modo, ſi ſint vicarij ſuſpenſi et in choro nec in foro ſunt vitandi, quia ſolum in perceptione ſunt ſuſpenſi; ſed ſi Decanus vult plus aggravare, tunc poteſt dicere: ſuſpendo abſentes in toto; tunc perdent omnes fructus prebendarum ſuarum et non debent chorum intrare, niſi et in quantum reſtituantur, et ſi petitur reſtitucio, ſine omni contradiccione et recuſacione Decanus debet eos reſtituere; et ſi voluerit plus aggravare, ipſis reſtitutis poteſt dicere: ſitis cras in clauſtro et ſic Decanus poteſt ſuſpendere ſimili modo in omnibus negligencijs factis in choro, ut predictum eſt.

b) Videatur id quod notavimus *Tomo III. Subſidior. Diplom. pag. 85. ſq.* cui addimus, Imperatoris *Juſtiniani* ſanctionem *l. 42. §. 10. Cod. de Epiſc. et cler.*: Ut omnes clerici per ſe ipſos pſallant nocturna et matutina et veſpertina, ne ex ſola Eccleſiaſticarum rerum conſumptione clerici appareant, nomen quidem habentes clericorum, rem autem non implentes clerici circa liturgiam Domini Dei; turpe enim eſt, pro ipſis ſcriptos, neceſſitate ipſis indicta, pſallere. ſi enim multi laicorum, ut ſuae animae conſulant, ad ſanctiſſimas

Eccle-

De licencia vero Canonicis indulgenda dicimus, quod quilibet Canonicorum, si voluerit, habebit

Ecclesias confluentes, studiosi circa psalmodium ostenduntur, quomodo indecens non fuerit Clericos ad id ordinatos non implere suum munus? qua propter omnimodo clericos psallere jubemus et ipsos inquiri a Deo amantissimis pro tempore Episcopis et duobus presbiteris in singulis Ecclesijs et ab eo, qui vocatur archos vel exarchos et ab ecdico sive defensore cujusque sanctissimae Ecclesiae et eos qui inventi non fuerint inculpate in liturgijs perseverantes, extra clerum constitui. Nam qui constituerunt vel fundarunt sanctissimas Ecclesias pro sua salute et communis reipublicae, reliquerunt illis substantias, ut per eas debeant sacrae liturgiae fieri et ut illis a ministrantibus pijs clericis Deus colatur.

Concilium Basileense ecclesiae reformationi sollicite intendens Canonicorum abusum notavit Decreto inter acceptata Moguntiae undecimo: = si quis principem saeculi rogaturus, habitu honesto, gestu decenti, prolatione non praecipiti sed distincta, attenta quoque mente se ipsum ac verba studet componere, quanto diligentius in sacro loco omnipotentem oraturus Deum, haec omnino facere curare debet? statuit igitur sancta Synodus, ut in cunctis cathedralibus ac collegiatis ecclesijs horis debitis, signis congrua pulsatione praemissis laudes divinae per singulas horas non cursim ac festinanter sed assatim ac tractim et cum pausa decenti, praesertim in medio cujuslibet versiculi psalmorum; debitam faciendo inter solemne ac feriale officium differentiam, reverenter ab omnibus persolvantur . . . .
et

bebit tempore meſſium quatuor ſeptimanas et non ultra, quae incipient in feſto beati *Jacobi* Apoſtoli, item in autumpno duas, que incipient in craſtino beati *Michaelis*. Item Decanus poteſt et debet dare cuilibet canonicorum licenciam, qui habere voluerit, abeſſendi per tres quindenas in anno, non tamen ſimul et ſemel, ſed diviſim neceſſitate exigente. c)

Addimus etiam, quod idem Decanus poteſt quemlibet Canonicum, cum neceſſe habuerit, ad tres vel ad quatuor dies et non ultra licenciare, ita quod quandoque et non frequenter fiat. Et quocunque modo abſens fuerit non infirmus, minutus,

et cum pſallendi gratia ibidem conveniant, juncta ac clauſa labia tenere non debent, ſed omnes, praeſertim qui majori funguntur honore, in pſalmis, hymnis et canticis Deo alacriter modulentur . . . . nemo ibidem, dum horae in communi publice cantantur, legat vel dicat privatim officium; nam non ſolum obſequium, quo obnoxius eſt choro, ſubtrahit, ſed alios pſallentes perturbat.

c) Quod ſi quatuor ſeptimanae tempore meſſium et duae in autumno cum tribus quindenis computentur, tres menſes aderunt, queis canonicus choro per annum abeſſe poterat, quod etiam poſtea indultum a Tridentino legitur Seſſ. 24. Cap. 12. praeterea obtinentibus . . canonicatus, praebendas . . . non liceat vigore cujuslibet ſtatuti aut conſuetudinis ultra tres menſes ab eisdem eccleſijs quolibet anno abeſſe; ſalvis nihilominus earum Eccleſiarum conſtitutionibus, quae longius ſervitij tempus requirunt.

tus, in negotio Ecclesie vel ad agendam utilitatem sue prebende vel alterius beneficij, quod hic in Ecclesia nihil percipiet de presencijs medio tempore cedentibus. d) Et si festum aliquod, quod per se suspendit, occurreret, nulla licencia eum excusabit, quin sit suspensus et indigeat restitutione. Festa vero que per se suspendunt sunt hec: *Nativitas Domini*, *Epiphania*, *Purificacio*, *Annunciacio*, *Resurreccio*, festa beate *Walburgis*, *Ascensio*, *Penthecostes*, *Dedicacio*, *Assumpcio*, *Nativitas beate Marie Virginis* nec non *Visitacio*, *Concepcio*, *Corpus Christi* et *omnium sanctorum*. *e)*

 Nul-

d) Statutum hoc conforme est Constitutioni *Bonifacij VIII.* cap. consuetudinem, de clericis non residentibus in 6. quae a Concilio Tridentino renovata est, postquam generatim constituit distributionibus absentes carere, haec statim adjungit: Exceptis illis, quos infirmitas seu justa et rationabilis corporalis necessitas aut evidens Ecclesiae utilitas excusaret.

e) Materiae suspensionis nullibi hactenus pertractatae ut aliquam lucem affunderemus, e consuetudinibus Ecclesiae Moguntinae perantiquis hic super addere juvat ± ibidem: Notandum et maxime observandum est, quod omnia festa compulsacionum (quando campanae omnes cum minoribus Majores simul pulsantur ad indicandam festi solemnitatem) juxta antiquam et approbatam consuetudinem ecclesie Maguntine, que inconcusse et inviolabiliter huc usque dinoscitur observata, tam prelatos quam Canonicos seu Vicarios *per se* suspendunt, minutione non obstante et Major prelatus sic suspensus restitui po-

Nullus etiam ſive Canonicus ſive Vicarius de Eccleſia ſua preter licenciam ſui Decani preſumat rece-

poteſt, niſi tam diu eſſet abſens, quod Capitulum talem ſuſpenderet, tunc major ipſum non poteſt reſtituere. . . . . . Item Summe feſtivitates tam prelatos quam Canonicos ac omnes alios ad ipſam eccleſiam pertinentes ſive ſocios, vicarios ſeu capellanos, videlicet, qui in ipſa eccleſia Maguntina cenſentur fore beneficiati per ſe ſuſpendunt, que ſunt quindecim, ſed unum non ſuſpendit et ſunt hec: Feſtum *Paſce*, feſtum *Aſcenſionis*, feſtum *Petri et Pauli*, feſtum *Penthecoſtes*, feſtum beati *johannis Baptiſte*, feſtum *Dedicationis Eccleſie Maguntine*, feſtum *Aſſumpcionis*, feſtum *Nativitatis beate Virginis Marie*, feſtum *omnium Sanctorum*, feſtum *beati Martini*, feſtum *Nativitatis Chriſti*, feſtum *Epiphanie Domini*, feſtum *purificationis beate Marie*, feſtum *Annunciationis*, quod non ſuſpendit et feſtum beati *Bonifacij* quod ſuſpendit.

Dies feſti et horae canonicae aut ſummum ſacrum in quibus abſens ſuſpenditur, variant pro varietate Eccleſiarum; plerumque autem Veſperae ſunt ſuſpendentes.

Sic ſuſpenſo non licet ingredi neque chorum neque Capitulum, antequam fuerit reſtitutus.

Reſtitutio petenti non poteſt denegari. Reſtituendus extra chorum expectare debet donec incipiat Matutinum aut alia hora major; per intermediam perſonam chori petit a Decano aut hoc abſente ab alio Praelato aut ſeniore Canonico reſtitui. Reſtituens ſuper ſuſpenſo ante fores chori genu flectente format ſignum Crucis dicens: *Ego te reſtituo in nomine Patris*

recedere, nisi ipsum eodem die redire contingat. Et si illicenciatus absens extiterit, vel ultra licenciam sibi indultam contumaciter moram fecerit, a perceptione fructuum sui beneficij sit suspensus; Et omnia que dicta sunt de licencia Canonicorum sive pena, ad vicarios similiter se extendant.

Item statuimus, quod, cum aliquo festo distribuende sunt presencie, quicunque veniens post primum psalmum, licet usque ad finem vesperarum in choro permanserit, perdit ipsius presencie terciam partem. Similiter in matutinis si non venerit ante primam leccionem, perdit terciam. In missa vero qui non venerit ante incepcionem versus gradualis, perdit totidem. Quilibet eciam usque ad finem vesperarum et usque ad secundum psalmum laudum matutinarum nec non post communionem completam in missa permanebit in choro, nisi necessitate aliqua chorum exiret et sta-

Patris et filij et spiritus sancti. Dein restituto licet chorum ingredi et ibidem cum alijs psallere.

In Ecclesia insigni Collegiata *B. M. V. ad gradus*, quae *Moguntiae* est, praeter festa suspendentia alia singularis suspensio per observantiam introducta reperitur; Capitularis enim sine causa legitima negligens tria capitula ordinaria in una serie celebrata suspensus est; Hinc privatur parte fructuum praebendalium et excluditur a prima sorte vini, eandem tamen vini quantitatem recipit sicut alij.

Omnes istae suspensiones eum in finem inventae sunt ut omni defectu eradicato disciplina ecclesiastica conservetur, cultusque divinus augeatur.

ſtatim reintraret, contrarium facientes perdent ſuas preſencias prout ſuperius expreſſum eſt.

In Anniverſarijs quoque, qui venerit poſt primam leccionem in vigilijs et non manſerit uſque ad ſecundum pſalmum in laudibus et ad miſſam ante incepcionem verſus gradualis et permanſerit uſque ad finem miſſe et qui in commemoracione defuerit, perdit ſimiliter terciam partem.

Canonici autem Capitulares et beneficiati Vicarij nec non presbiteri non beneficiati in ipſa eccleſia habebunt integras preſencias. Dyaconi et ſubdyaconi non beneficiati chorum tamen continue frequentantes debent percipere medietatem preſenciarum.

Preterea nullus infra lecturam Epiſtole et Evangelij intrare chorum vel exire preſumat.

Precipimus eciam et ſtatuimus quod omnes et ſinguli beneficiati ſive non benficiati prelatis ſuis ſcilicet Decano et Scolaſtico in aſſurgendo tam in Eccleſia quam extra exhibeant reverenciam et honorem, quodſi non fecerint, per Decanum puniri poterint pena condigna.

Statuimus eciam, quod a pulſacione prime campane ad primam uſque ad finem divini officij et a ſonitu prime campane ad veſperas uſque ad finem completorij nullus chorum frequentans ſive beneficiatus ſive non, in eccleſia, cymiterio et in locis extra vicinis inter cymiterium et domum

mer-

mercatoriam ſine religione *) audeat apparere et tempore capparum eccleſiam ſive chorum ſine cappa non frequentet. Et ſi forte caſu aliquis religione indutus alteri ſe offerret, talis qui non indutus religione cedere debet ob religionis reverenciam quantum poteſt.

Addimus eciam, quod nullus locum habeat in ſuperioribus ſedibus niſi confrater Capituli et vicarius ſacerdos. In choro eciam Decani poſt ipſum Decanum Canonici et Vicarij ſecundum ordinem ſui introitus et in choro Scolaſtici ſervabitur eciam idem ordo.

Et ut debita Deo et ſanctis reverencia exhibeatur, ſtatuimus, ut intrantes, exeuntes et de choro ad chorum tranſeuntes ad altare ſe vertant et reverenter ſe inclinant. Quandocunque eciam totus chorus ſimul vel chorus contra chorum cantaverit, facies directe habeant inter ſe verſas.

Ad *gloria Patri* in introitu miſſe, ſuper *Magnificat* in veſperis, ſuper *nunc dimittis* in completorio, ſuper *Benedictus* in matutinis ſive cantando ſive legendo ab omnibus inclinetur.

Infra epiſtolam omnes ſedeant, infra graduale Scolares ſtabunt et cum incipitur, contra altare, quod eſt cantus ſpecialis laudis divine, ſtetur ab omnibus uſque ad incepcionem verſus. Infra Ewangelium et infra celebracionem canonum, prefacionis collectarum et breviter, quidquid choro

 ta-

*) Religio hic denotat Veſtitum Eccleſiaſticum, habitum talarem nempe et ſuperpellicium.

tacente ſacerdos in altari fecerit vel compleverit, omnes in choro exiſtentes ſtabunt directe verſis vultibus ad altare, nec infra Canonem unus ſtet et alter genua flectet, et omnes ſtabunt, preterquam in quadrageſima, adventu et quatuor temporibus, in quibus Canonici vicarij et Scolares poſt *ſanctus* in miſſa flexis genibus jacebunt, donec ſacerdos dicat *et ne nos inducas.* et idem erit, dum tempore quadrageſime et adventus preces ad horas ſerventur.

Inſuper Ebdomadarius *) ante incepcionem veſperarum a Decano vel eo abſente ab alijs ſenioribus, cum dubium fuerit, unde divinum officium tunc ſit ſervandum, qualiter eis placeat, quod ſervetur.

Statuimus eciam, quod omnes Ymni ad quaſcunque horas ſtando cantentur et omnes cavillaciones ac tractatus per totum divinum officium poſtponantur.

Singulis eciam diebus Dominicis a feſto *Paſce* uſque ad Dominicam proximam poſt Dominicam ſancti *Michaelis* poſt aſperſionem aque fiat proceſſio per Cymiterium et facta ſtacione in introitu templi fiat memoria defunctorum cum reſponſorio et collecta pro defunctis, niſi propter ſollempne feſtum illud fuerit pretermittendum, et intrando eccle-

*) Qui vices ſuas in chori miniſterijs per hebdomadam exequitur ſummum ſacrum canendo, omnium horarum Officium inchoando etc.

ecclesiam cantetur aliqua antiphona de Domina nostra vel de Patrona.

Preterea statuimus et ordinamus quod postquam canonicus de novo receptus est in Canonicum et in fratrem, antequam recipiat fructus et reditus sue prebende persolvet octo marcas currentes et antequam ad Capitulum assumetur, sex marcas dabit, indilate tres marcas ad ornatum ecclesie et Campanario de vestibus secundum decenciam sue honestatis vel marca una pro eisdem vestibus dabitur eidem.

Nec se faciat ad aliquos ordines promoveri, nisi Decani et Capituli petita licencia et obtenta, quod si contrarium fecerit, ipso facto erit suspensus a recepcione fructuum prebende sue per annum integrum irrevocabiliter preter alias penas sibi propter inobedienciam infligendas.

Idem eciam Canonicus de novo receptus antequam se absentet causa studiorum vel quacunque alia si vult percipere fructus prebende sue, primo debet per integrum annum ad discendum jura et consuetudines ecclesie personaliter residere prius quam existens in studio generali percipiet corpus prebende sue integraliter tamquam presens.

Item statuimus, quod nullus Canonicorum sive vicariorum judeis locet domum suam vel redditus prebende sue in eos transferat in parte vel in toto.

Preterea ordinamus, quod quicunque pro Cellerario vel Camerario fuerit inſtituendus, ſufficientem de juſta reddenda computacione faciat caucionem et ſextis ferijs infra quatuor anni tempora de receptis et expoſitis computabit.

Inſuper feria ſexta ante feſtum beati *Martini* et ſexta feria ante feſtum *johannis Baptiſte* Decanus et Capitulum habebunt duo Generalia capitula ad tractandum de negocijs quibuscunque, in quibus quidem capitulis tamquam peremptorijs terminis quidquid preſentes ibi ordinaverint, dummodo non vergat in eccleſie ejusdem detrimentum, non obſtante abſencium reclamacione, habebit roboris firmitatem. Et in predicta feria ſexta ante Nativitatem beati *johannis Baptiſte* officium videlicet ſupra dictum, inſuper cellerarius ſive Camerarius in ſupra dictis computacionum terminis de penſionibus et cenſibus collectis vel qui colligi poterant, ſi diligentes fuiſſent, ſatis faciant vel per citaciones et moniciones ſuam negligenciam excuſabunt et ultra contra non ſolventes ſub expenſis eccleſie procedant dolo et fraude pretermiſſis.

Item ſi contingat aliquem Canonicorum redditus ſue prebende locare, primo exhibeat eccleſie, poſtmodum Decano et ſingulis in ordine Canonicis, tandem vicarijs et alijs extraneis preferantur, ſi tamen dare velint, quantum ab extraneis haberetur, et idem fiat, ſi ex parte eccleſie aliquid fuerit locandum.

Item

Item ſtatuimus, quod quicunque fructus meſſium habere voluerit, debet reſidere ante feſtum *Jacobi* Apoſtoli.

Idem volumus de feſto beati *Michaelis* de vino et de cenſibus tunc cedentibus.

Idem dicimus de cenſibus in feſto beati *Martini*, quod veniat in feſto *omnium ſanctorum*.

Idem volumus de cenſibus in *Epiphania Domini*, quod reſideant in feſto *Nativitatis Domini*.

Idem de cenſibus in feſto beate *Walpurgis*, quod reſideant ante feſtum.

Et de feſto *Penticoſtes*, quod veniant in feſto beate *Walpurgis* item ad reſidendum cum effectu. Venientes autem poſt predicta feſta nil percipient de preteritis. *)

Volumus inſuper quod nullus Canonicorum irrequiſito officiato cenſum aliquem tollat aſſerens ſe velle reſtituere, nec cenſum quem ſolvere pro ſe tenetur ultra ſolucionis terminum ad quindenam retineat, niſi de Officiati fuerit voluntate. Contrarium facientes per Decanum, donec ſatis fecerint, ſuſpendantur.

Item predictum Officium Cellerarij, cujus redditus ad tria maldra ſiliginis et totidem avene ſcilicet augmentati a capite incipiendo a primo anno Decanus, ſi voluerit habebit, poſtmodum Scolaſticus et ſic quilibet Canonicus in ordine, ita vi-

*) Ordinatio praeclara eo tendens, ut continuam omnes ſervent reſidentiam.

videlicet, quod per ſe vel alium fideliter laborando redditus Eccleſie colligat et que per negligenciam deperdita ſunt, pro ſuo poſſe recuperet et negocia eccieſie procuret univerſa.

Preterea quacunque neceſſitate imminente eccleſie Canonicis vel vicarijs, Decanus debet capitulum indicere et una cum canonicis in ſacriſtia eccleſie reſidere ad tractandum ea, que eccleſie et perſonis viderint expedire.

Inſuper quilibet canonicus a triceſima die defuncti per tres annos continuos erit expectans et poſtquam per Decanum et Capitulum admiſſus fuerit, per quatuor annos continuos erit expectans, cum familia ipſius defuncti percipere debeat gratiam in victualibus in domo ejusdem defuncti et per triginta dies ibidem permanere. *)

Et ordinamus, quod de anno gracie ipſius defuncti ſex ſolidi bonorum denariorum ad diſtribuendum inter preſentes in anniverſario ejusdem comparentur et quid reſiduum fuerit, pro remedio anime ipſius defuncti, prout ſalubrius videbitur expedire, convertatur. **)

Item adicimus, quod ſi duos vel plures Cananicos vel vicarios rixari vel diſcordare, quod abſit, contingat, Decanus eorum judex ordinarius exiſtat, cujus ſententie ſecundum qualitatem exceſſus et quantitatem delicti cenſemus parendum.

ſi

*) Vid. *Cl. D. Dürr Diſſertat. de Annis Carentiae.*

**) Confer. *Diſſert. Cl. D. Dürr de Annis gratiae.*

ſi vero inter Decanum et ſuum concanonicum vel vicarium queſtio moveretur, per capitulum ſopiatur, niſi forſan ad ſuperiores ex evidenti cauſa eſſet recurrendum.

Item ordinamus et ſtatuimus, quod in Eccleſia Wilburgenſi annuatim triginta maldra ſiliginis pro panibus preſencialibus inter canonicos preſentes diſtribuendis piſtentur, quorum maldra quinque et quinque maldra avene cadent in *Ernsbuſen*, duo maldra ſiliginis in *Hunſpach*. IX. maldra in *Geilinauwe*. Decima eciam in *Kubach* et quid defecerit de dictis XXX. maldris ſupplebitur de annona abſencium prebendarum, ita quod quilibet canonicus de capitulo reſidens et preſens cottidie habeat unum panem, in quo Decanus abſenciam cujuslibet Canonici pro ſingulis horis canonicis nec non miſſa et matutinis adhibito moderamine et diſcrecione ſecundum modum ſui animi poſſit per ſuſpenſionem puniri, vicarij abſenciam Decanus punire poterit per ſubtraccionem preſenciarum vel per indiccionem jejunij in pane et aqua, ſi ſuam frequenter abſenciam continuaret. Tamen ſive canonicus ſive vicarius ſi ex corporis debilitate vel alia cauſa legitima cauſam ſue abſencie allegaret, Decanus ſuper eo conſcienciam ſuam onerando credere tenetur.

Ipſe eciam Decanus pro majoribus exceſſibus corrigendis poteſt ſuis ſubditis infligere penam carceris cum majori culpa ſive cum minori que ſolet indici cum mutatione habitus religionis.

Ton-

Tonſuram eciam et habitum clerico decentem quivis ferat.

Caveant eciam tam Decanus quam canonici et vicarij ac alij gaudentes privilegio clericali, ne occulte vel publice et maxime in tabernis et alijs locis publicis coram populo alteri obloquatur, ex quo quis detrimentum honoris, corporis vel rerum paciatur, quod ſi ſecus factum fuerit, Decanus pro tempore exiſtens quemlibet carcerali pena ſub graviori culpa punire poterit. Ipſe vero Decanus, ſi in talibus reus inventus fuerit, ad mandatum ſuperioris, cum ad ipſum recurritur, prout ipſe ſuperior decreverit, puniatur.

Noſque Decani et Scolaſticus arbitri, arbitratores predicti vobis Domino Officiali Curie Confluentine predicto humiliter cum omni reverencia ſupplicamus, quatinus hanc noſtram pronunciacionem cum omni maturitate collectam et publice publicatam, prout nobis in virtute ſancte obediencie et ſub pena ſuſpenſionis firmiter injunxiſtis, auctoritate ordinaria dignemini confirmare, facientes ipſam completam et canonicam ac alijs perſonis in dicta Eccleſia *Wilburgenſi* inviolabiliter obſervari. Actum et pronunciatum in *Wilburg* preſentibus Decano et Capitulo ſupra dictis ac alijs pluribus fide dignis. Anno Domini MCCCXVI. feria quinta ante feſtum beate *Walburge* Virginis. In cujus rei teſtimonium et robur nos arbitri ſupra dicti ſigilla noſtra preſentibus duximus apponenda.

Nos

29. Apr.

Nos Officialis curie Confluentine ordinaciones seu statuta prout in littera, cui hec presens cedula est transfixa continetur ad requisicionem arbitratorum seu amicabilium compositorum superius in eadem contentorum de ipsorum quoque Decani et Capituli Ecclesie *Wilburgensis* consensu approbamus, ratificamus et in Dei nomine auctoritate nostra ordinaria confirmamus. Actum et Datum in Capitulo Ecclesie *Wilburgensis* Anno Domini MCCCXVII. in crastino Assumpcionis beate *Marie* Virginis gloriose.

16. Aug.

LXII.

OECONOMUS SEU DISPENSATOR REDDITUUM QUALITER SE GERAT IN SUO OFFICIO.

Nos *Hirmannus* Decanus totumque Capitulum Ecclesie Wilburgensis volentes circa ordinacionem officiati Ecclesie nostre salubriter precavere, statuimus quod quicunque fuerit in posterum in Officiatum et dispensatorem reddituum tam prebendarum quam presenciarum a nobis electus seu secundum ordinem hactenus observatum officiatus existens debet census, pensiones et redditus tempestive suis temporibus requirere per citacionis et monicionis litteras contra non solventes sub suis expensis et laboribus vel saltem per judicium seculare, ubi necesse

cesse fuerit, procedendo, quod si non fecerit, in penam sue negligencie nobis, Ecclesie et personis respondere tenebitur de omnibus que suis temporibus ex negligencia perquirere pretermisit.

Item predictus Officiatus quatuor vicibus in anno, videlicet in singulis quatuor temporum temporibus ferijs sextis de perceptis et expositis omnium ad suum officium pertinencium nobis faciet racionem, ac eciam docebit, se sicut predictum est, in requisicione nostrorum censuum; pensionum et reddituum non fuisse in aliquo negligentem, si penam superius expressam voluerit evitare.

Preterea ad conservacionem premissorum predictus Officiatus ydoneum dabit fidejussorem ita videlicet, quod facta computacione per ipsum de perceptis et expositis quolibet terminorum predictorum idem fidejussor ad requisicionem Decani pro tempore existentis occasione alicujus Canonici conquerentis sibi non esse satisfactum, intrabit hospicium in opido Wilburgensi tam diu ibidem more fidejussoris comesturus *) et insuper ipse officiatus tanto erit tempore suspensus nichil de prebenda vel presencijs percepturus, donec conquerentibus satis faciat competenter.

Ultimo quilibet Officiatus in principio sui anni dabit litteras suo proprio vel alio sigillo autentico

*) De obstagio, fidejussione, sponsione vid. *Ludewig Tom. 1. p. 203. Tom. 5. p. 98. et 586.*

tico sigillatas, quod velit statutis hujusmodi esse et manere firmiter obligatus. Nos igitur Decanus et Capitulum predicti in robur et firmitatem premissorum sigillum Ecclesie nostre presentibus duximus appendendum. Actum et Datum Anno Domini MCCCXVII. Kal. julij.

1. julij.

LXIII.

SUMPTUS DEPUTANDI, QUIBUS TEMPLORUM FABRICA CONSERVETUR.

Hirmannus Decanus totumque capitulum Ecclesie Wilburgensis Treverensis Dyocesis universis Christi fidelibus subscriptorum cognoscere veritatem et in eo salutem qui est omnium vera salus.

Cum inter universa terrena mundi edificia sola fabrica et structura, in qua corpus *Christi* conficitur, laus beate *Marie* Virginis gloriose, beate *Walpurgis* Virginis patronarum Ecclesie prenominate et sanctorum omnium sollempniter ympnisatur miro decore et ornatu ineffabili sit pre omnibus extollenda, nos de communi consensu et pari voluntate ac consideracione prehabita edificijs ecclesie nostre vetustate quidem ad ruinam dispositis volentes subvenire, preter elemosinas *Christi* fidelium ad hoc largiendas a nostris redditibus duximus taliter ordinandum:

Primo: Redditus unius prebende de melioris currentium prebendarum annis ſingulis ad fabricam et ſtructuram ipſius Eccleſie noſtre concorditer deputamus et numero Canonicorum reſidencium completo, quod tamen nunquam viſum fuit, loco illius prebende duodecim marcas aſſignabimus communiter.

Secundo. Cum Eccleſia noſtra poſt mortem uniuscujusque Canonici tres habeat annos, qui dicuntur anni fabrice, volumus obvenciones tot annorum ad fabricam cedere memoratam.

Tertio ordinamus, quod preſencie abſencium et ſuſpenſorum tam Canonicorum quam vicariorum veniant in uſus ejusdem fabrice ita videlicet, quod Officiatus ſive diſpenſator prebendarum et preſenciarum has preſencias et predictos redditus ad manus Magiſtrorum fabrice, qui pro tempore fuerint cum omni integritate preſentet.

Quarto et *ultimo*: idem Magiſtri fabrice in feſto beate *Walburge* patrone noſtre et Dedicacionis Eccleſie colligent oblaciones tam in ſummo altari quam in alijs altaribus in Eccleſia vel extra exiſtentibus alijs locis quibuscunque ad convertendum in uſus fabrice antedicte.

Adicimus eciam, quod contribucio reddituum predictorum facta per nos cum dictis preſencijs in ſubſidium fabrice ſupradicte durabit per triginta annos continuos, quorumcunque oppoſicione in contrarium non obſtante.

Quando

Quando autem magiſtri fabrice pro tempore exiſtentes, qui debent eſſe canonici Ecclesie noſtre et non alij, diligencius fabrice intendant predicte, volumus, quod quocunque tempore negocijs ipſius fabrice vel Ecclesie ſunt occupati, quod eorum Conſciencijs committimus, niſi manifeſte contrarium appareret, ipſos preſentes judicamus in percepcione obvencionum et preſenciarum, ne officium eorum ſit dampnoſum, dictique Magiſtri fabrice circa negocium ejusdem ſervient et fideliter laborabunt, prout de hoc coram deſtrictiſſimo judice poſſint reddere racionem et bis in anno, videlicet feria ſecunda proxima poſt Dominicam *Quaſimodogeniti* et feria ſecunda proxima poſt feſtum omnium ſanctorum de perceptis et expoſitis computacionem facient coram nobis. Et in omnium premiſſorum teſtimonium roburque debite firmitatis ſigillum Ecclesie noſtre preſentibus duximus appendendum. Actum et Datum Anno Domini M. CCC.XVIII. feria ſexta proxima ante feſtum Nativitatis beati *johannis Baptiſte.*

1. Sept.



M 2 LXIV.

LXIV.

ORDINATIO CIRCA VARIAS ECCLESIAE WILBURGENSIS OBSERVANTIAS.

Datum per copiam. In nomine Domini Amen. Nos *Reynboldus* Prepositus, *Ludewicus* Decanus, *Udo* Scolasticus totumque capitulum Ecclesie sancte *Walpurgis* in *Wilburg* Treverensis Diocesis habitis per nos super infra scriptis pluribus tractatibus capitularibus communibus et sollennibus cupientes illicitas observantias fore ex simplicitate inter nos habitas tam occasione consuetudinis quam statutorum et alio modo quovis habitas exstirpare et juri communi in quantum possumus conformare, et quia etiam plus timeri solet, quod specialiter injungitur, quam quod generaliter impetratur, unde ad perpetuam rei memoriam concordavimus, convenimus, statuimus, ordinavimus et ordinamus ad utilitatem communem nostram et Ecclesie nostre.

Inprimis, quod, cum fructus redditus et proventus prebendarum jam dicte ecclesie nostre in decimis et alijs bonis diversis villarum diversarum sint locati et distincti et ob hoc quidam ex canonicis nostris hujusmodi fructus et decimas prebendarum suarum minime deservientes vel deservire curantes annis singulis ausu temerario Dei etiam timore postposito sustulerunt et perceperint inposterum raro vel nunquam in ipsa nostra Ecclesia ut

Ca-

Canonici comparuerint, quam tempore messium, quo decimas hujusmodi levare et percipere annis singulis tenebantur, qua propter nos talibus negligencijs et defectibus remedio aliquo oportuno obviare cupientes honore et utilitate ipsius Ecclesie nostre ac commodis personarum in ea Deo cottidie famulancium et serviencium pensatis et consideratis in Divini cultus augmentum in ipsa nostra Ecclesia peragendum decrevimus equalem divisionem et percepcionem de decimis, fructibus, redditibus quibuscunque earumdem prebendarum nostrarum modo et in antea observare et tenere statuentes et firmiter ordinantes literas presentes, quod Officiatus noster et Ecclesie nostre, quem pro tempore ad hoc communiter deputaverimus et statuerimus fructus, redditus, proventus et census earundem prebendarum nostrarum aut ad corpus earundem pertinencium, quod corpus ad sex maldra siliginis tantum modo mensure Wilburgensis et unam marcam denariorum estimacionem habere volumus et habemus, sive illi ad presencias et cottidianas distribuciones pertinentes inter canonicos ipsius nostre Ecclesie residentes et deservientes duntaxat distribuit equaliter terminis et temporibus ad hoc statutis et quod Canonici absentes, nisi eorum aliquis ex licencia speciali et racionabili Decani nostri pro tempore tunc existentis pro suis agendis per quindenam et non ultra vel alias propter evidentem Ecclesie nostre utilitatem ac necessitatem vel de mandato Decani et Capituli absens fuerit, de hujusmodi fructibus, decimis, censibus, pro-

 ven-

ventibus et redditibus universis aut ad corpus prebendarum, presenciarum seu cottidianarum distribucionum, ut premittitur, pertinentibus, nihil penitus percipiant nec in eisdem equalem habere debeant porcionem, annuentes tamen et ordinantes, si et quociens in anno aliquis concanonicorum nostrorum in ipsa nostra ecclesia continue et civiliter non residencium venerit et prebendam suam tanquam canonici residentis frequentando chorum deservire voluerit, quod tali seu talibus canonico vel canonicis pro rata temporis, videlicet quo ibidem manserit et deservierit et non amplius fructus prebende sue, qui pro tunc sibi competierint, absque diminucione qualibet imperciantur, ita tamen, quod eisdem Canonicis non residentibus de perceptis in eorum absencia et distributis fructibus quibuscunque nulla debeat fieri racio seu computacio per Canonicos alios residentes.

Statuimus eciam et ordinamus, ut juvenibus Canonicis nostris nondum emancipatis sive illis in studio generali vel alijs Scolis ex licencia Decani et Capituli nunc vel pro tempore existentibus corpus prebende superius estimatum per Officiatum nostrum, qui pro tempore fuerit, ministretur.

Preterea statuimus et ordinamus concorditer, quod idem Officiatus noster, qui pro tempore fuerit, corpus prebendarum Canonicorum absencium et non residencium videlicet sex maldra siliginis et marcam denariorum nec non fructus Canonicorum nostrorum, qui legitimis de causis suspensi

fue-

fuerint, per tempus ſuſpenſionis hujusmodi ſibi competentis preſentare et miniſtrare debebit in manus diſcretorum virorum Domini *Heijnrici* de *Heimbach* et *Tilmanni* de *Confluencia* noſtris Concanonicis, ipſis autem non exiſtentibus in manus aliarum duarum perſonarum ydonearum per noſtrum Capitulum de ſcitu et voluntate nobilis viri Domini *Johannis* Comitis in *Naſſauwe* et Domini in *Merenberg* noſtri et Eccleſie noſtre predicte advocati et defenſoris vel ejusdem Domini Notarij generalis vel alterius clerici, quem ad hoc duxerit deputandum, ad hoc ſpecialiter aſſumendarum, que due perſone ſeu altera earundem fructus tales ad fabricam ſeu ad reformacionem edificiorum eccleſie predicte precipue et in antea ad libros neceſſarios et ornatum ejusdem Eccleſie exponere et convertere, quotiens hoc neceſſe fuerit, tenebuntur et ultimo cum eisdem fructus Canonicorum abſencium et ſuſpenſorum redditus annuos et perpetuos in melioracionem prebendarum omnium debebunt de noſtro conſilio comparare, hoc ſane expreſſo, ſi et quociens pro defenſione jurium et conſervacione bonorum ipſius eccleſie noſtre expenſas ac ſumptus facere compellimur, quod tales expenſas per nos et quenquam noſtrum tamen in quantum poterimus, moderandas de hujus fructibus a perſonis, quibus ut premittitur, comiſſi fuerint, petere et recipere ſcienter valeamus, volentes ut eedem due perſone ſeu altera earum de fructibus hujus ipſis preſentatis in noſtro Capitulo nobis et noſtro Capitulo facient computum ſeu racionem de receptis et de diſtributis,

quociens in anno per nos Decanum et Capitulum fuerint requisiti et secundum consuetudinem huc-usque in quatuor temporibus anni observatam. Insuper statuimus et ordinamus, ut predicte due persone *Heinricus* et *Tilmannus* ac eorum in hac parte successoribus per nos ut premittitur consti-tutis fructus et redditus quoscunque tam canoni-corum quam vicariorum nostrorum primorum post eorum obitum annorum cedencium levent et col-ligant et cum eisdem de nostro consilio, ut pre-mittitur, redditus annuos et perpetuos quanto plures possint emant et comparent inter canonicos et socios nostre Ecclesie annis singulis in anniver-sario defuncti aut defunctorum in presencijs di-stribuendos, ut frequenter ipsum anniversarium in nostro choro ut moris est, perpetuis tempori-bus peragatur, adicientes eciam, ne veritas occul-tetur et equalitas distribucionum observetur, quod nos Decanus Scolasticus et Capitulum predicti an-nis singulis in quarto tempore anni die qua in Ec-clesia Dei cantatur: *Karitas Dei.* *) precise co-ram prefato Domino nostro Comite *Johanne* et ejus heredibus post ipsum vel ejus Notario generali vel ejus clerico per ipsum ad hoc deputato ut premit-titur nec non Domino nostro Preposito pro tempo-re existenti vel ejus procuratori per ipsum ad hoc deputato plenam et omnimodam de omnibus re-ceptis, distributis, emptis, locatis in emphiteosim

vel

*) Sabbatho infra octavam Pentecostes introitus mis-sae: *Charitas Dei* diffusa est in cordibus nostris etc.

vel alio quovis modo ordinatis et factis per circulum anni precedentis usque in dictum diem, qua cantatur *Caritas* faciemus racionabilem computum et sufficientem. si vero Domini nostri comes et Prepositus, Notarius, clericus et procurator memorati ut premittitur die illa computacionis generalis faciende absentes fuerint (quod absit) in toto vel in parte, ex tunc nos Decanus, Scolasticus et Capitulum predicti racionem seu computum faciendum vel factum de jam premissis edere et redigere debemus et teneamur in scriptis et tradere dictis Domino Comiti et Domino Preposito vel alteri eorum dum fuerimus requisiti, premissa omnia concorditer et in Generali ac Communi Capitulo statuimus et ordinavimus et tactis manibus nostris sacrosanctis Ewangelijs ipsa omnia et singulariter singula juravimus pro nobis omnibus communiter et divisim et nostris successoribus perpetuis temporibus inviolabiliter observare et ad evidenciam pleniorem et corroboracionem omnium premissorum nos *Reymboldus* Prepositus, *Johannes* comes in *Nassauwe* Dominus in *Merenberg* Decanus, Scolasticus et Capitulum predicti sub appensione sigillorum nostrorum recognoscimus esse vera in testimonium super eo. Datum *Wilburg* feria tercia post diem beate *Lucie* Virginis anno Domini M°.CCC°. sexagesimo.

Et nos *Ludewicus* Decanus totumque capitulum Ecclesie Wiburgensis presentibus publice recognoscimus et profitemur, nos habere literam

15. Dec.

veram et antenticam ſigillatam ordinacionis et ſtatutorum predictorum, ut in eadem littera continetur, cujus litere copiam ſpectabili viro et Domino noſtro gracioſo Domino *Johanni* Comiti in *Naſſauwe* Domino in *Merenberg* de verbo ad verbum damus in teſtimonium veritatis noſtri capituli ſub ſigillo preſentibus appenſo. Datum die et anno preſcriptis.

Antiquiſſima Eccleſiae Weilburgenſis documenta ſunt:

I. Charta traditionis *Conradi I.* Regis Eccleſiae Wilinaburgenſi factae de curte *Rehtenbach* in pago *Loganahe* in Comitatu *Ottonis* ſui Germani. an. 912. *Scheid. Orig. Guelf. T. IV. p.* 280.

II. *Conradi* Regis traditio curtis *Heigera* Eccleſiae Wilinaburgenſi facta an. 913. *Orig. Guelf. Tom. IV. pag.* 284.

III. Charta traditionis eccleſiae Wilinaburgenſi de Villis *Breidenbach* et *Gladebach* facta. an. 913. *Orig. Guelf. T. IV. p.* 276.

IV. *Conradus* Rex curtem ſuam *Naſſowa* monaſterio Wilinaburgenſi donat. an. 915. *Orig. Guelf. Tom. IV. pag.* 275.

V. *Otto III.* Abbatiam Wilinaburgenſem donat eccleſiae Wormatienſi. an. 993. *Orig. Guelf. Tom. IV. pag.* 282.

VI. *Otto III.* Caſtellum *Wilinaburg* Itemque Praepoſitos Wilinaburgenſem et Poppardenſem eccle-



elesiae Wormatiensi donat an. 1000. *Orig. Guelf. Tom. IV. pag.* 282.

VII. *Ottonis III.* Imp. traditio *Hazechini* Praepositi Wilinaburgensis ad Wormatiensem ecclesiam an. 1000. *Orig. Guelf. T. IV. p.* 283.

VIII. Dedicatio ecclesiae in *Heigerin* cum ejusdem terminatione. an. 1048. ex *Archiv. Dillenburg: et chartulario Wormatiensi.*

IX. *Henrici IV.* Regis praeceptum, quo donationem a matre sua *Agnete* Imp. factam ecclesiae Wormatiensi confirmat. an. 1062. *Schannat histor. Wormat. Cod. prob. n. LXIV. p.* 58.

X. Episcopi Wormatiensis litterae investiturae super feudis Nassoicis. an. 1486. *ex Origin. Archivi Communis Nassoici.*

Haec cl. *D. Kremer* Originum Nassoicarum parti Diplomaticae novissime inseruit; queis adjungimus quasdam alias Ecclesiae Weilburgensis chartas ex Archivio Weilburgensi amice communicatas.



LXV.

LXV.

OFFICIUM CAMPANILE IN ECCLESIA WEILBURGENSI DEPUTATUR AD MISSAM PERPETUAM DIEBUS IN ORTU DIEI CELEBRANDAM.

In nomine domini amen. Nos *Volpertus*, Decanus et Plebanus, totumque Capitulum ecclesie sancte *Walpurgis* in *Wylburg* Treuerensis dyocesis, nec non Scultetus, Scabini, Maiores et Pociores ac tota Universitas opidi eiusdem *Wilburg* predicti, Notum facimus vniuersis has litteras inspecturis, quod sufficienti ac matura deliberatione inter nos dudum prehabita in laudem et honorem omnipotentis Dei, sueque gloriosissime matris *Marie*, officium campanile seu campanarum parochie nostre in *Wilburg* cum suis vsufructibus, redditibus, obuentionibus, et juribus vniuersis, cuius quidem officii Collatio ad nos similiter hucusque pertinebat, de scitu eciam et consensu spectabilis viri Domini nostri *Gerlaci*, Comitis de *Nassau*, deputauimus pari voto ac voluntate vnanimi, et in hiis scriptis deputamus ad Missam perpetuam per ydoneum Presbyterum in Altari sancti *Nycolai* in ipsa Parochia Wilburgensi consistenti, singulis diebus in ortu diei pro hominibus vtriusque sexus, ad labores suos mane egredientibus ac viatoribus transentibus obseruandam perpetuis temporibus et legendam absque tamen ipsius parochie et Plebani

bani preiudicio et grauamine, condicionibus hiis adiectis, quod idem Presbyter, qui per Decanum, Plebanum et Capitulum ecclesie nostre predicte ad celebrandam missam huiusmodi receptus fuerit, nominari, reputari et esse debet Vicarius Ecclesie in *Wilburg* iam dicte, et ipsius ecclesie Decano obedienciam facere, tanquam alii ibidem Vicarii, et particeps esse presentiarum, que inibi distribuuntur. Item, idem Presbyter debebit et tenetur, missa sua predicta ante omnia celebrata et seruata, Plebanum ipsius Parochie juuare in legendo, cantando, sacramenta ecclesiastica ministrando, et Confessiones audiendo, si et dum ab ipso Plebano ad hoc fuerit requisitus, jure ipsius parochie in omnibus et per omnia semper saluo, hoc sane expresso, quod idem presbyter de omnibus et singulis ipsi, quo ad suam personam et priuatam vtilitatem legatis, mediam partem debeat, et tenetur ipsi Plebano pro tempore existenti, absque subtractione et diminucione qualibet assignare. Volentes tamen et annuentes, vt dictus presbyter omnia et singula, que ad emendacionem seu melioracionem dicte misse seu Vicarie in quibuscunque rebus vel bonis mobilibus vel immobilibus legata vel donata fuerint, habeat, et possideat pro sua sustentatione largiori. Nos eciam missam huiusmodi seu Vicariam cum officio campanili predicto et eius vsufructibus et iuribus vniuersis per nos vt promittitur jam dotatam, nec non eciam cum elemosinis, bonis et redditibus quibuscunque, per quosque fideles ad eandem missam seu Vicariam

ad-

adhuc in posterum, concedente Domino, largiendis seu donandis contulimus omnes concorditer in hiis scriptis pure propter Deum conferimus discreto viro Domino *Ruckeroknibonis* Presbytero, pro hac prima vice, volentes et ordinantes firmiter per hec scripta, vt Decanus, Plebanus, et Capitulum ecclesie Wylburgensis predicte dictam Missam seu Vicariam, quociens vacauerit, infra mensem et tempore Vacationis huiusmodi modo in antea conferre possent et conferant actu et ydoneo sacerdoti, alioquin ipso mense transacto, Nobilis Dominus noster *Gerlacus*, Comes *Nassawie*, vel qui pro tempore Dominus noster extiterit, vna cum nobis scabinis et Universitate opidi *Wilburg* predicti conferre habebit et debebit infra mensem subsequentem in mediate similiter actu et ydoneo sacerdoti. Preterea ego *Ruckerus Knibonis* presbyter predictus graciam et fauorem meum in premissis factos et inpensos ad memoriam revocans, et eisdem pro mee possibilitatis modulo obuiare et respondere cupiens, omnia et singula bona ad me ex obitu parentum meorum deuoluta, videlicet in domibus, Censibus, agris, vineis et redditibus, in opido *Wilburg*, in *Trumirsbusen* et in confiniis eorundem locorum, aut alibi vbicunque situatis, et quocunque modo nominatis, cum omni jure, quo ad me pertinere dinoscuntur, donaui donacione inter vivos et irrevocabili, et in hiis scriptis dono ad missam seu Vicariam predictam, vt Sacerdos eam celebrans inde possit eo largius perpetuo sustentari. Protestor eciam et promitto fide prestita cor-

po-

porali, quod dictum beneficium nunquam debebo permutare pro aliquo alio, nisi hoc fuerit de scitu et consensu Dominorum meorum, Decani, plebani et Capituli predictorum. Et quod eciam dicta bona mea per me ad dictam missam seu beneficium donata, vt predicitur, dato eciam, quod ipsum beficium resignarem, permutarem vel dimitterem quocunque modo, apud ipsum debebunt libera perpetuo permanere. In premissorum omnium firmitatem et testimonium Nos Decanus et Capitulum ecclesie Wilburgensis predicte Sigillum ipsius ecclesie nostre, et nos Scabini et Vniuersitas Civium ibidem sigillum nostrum et opidi predicti per nos, presentibus sunt appensa. Et nos *Gerlacus*, Comes de *Nassau*, ordinationem, dotationem ac donationem predictas in omni sua forma ratificamus, laudamus et approbamus ac ratas haberi volumus: appendentes super eo in robur et testimonium Sigillum nostrum huic scripto vna cum Sigillis antedictis.

Actum et datum *Wylburg* Anno Domini M° CCCmoXLIIIIto ipsa vigilia beatorum *Philippi et Jacobi* Apostolorum.

30. Apr.



LXVI.



LXVI.

COMPOSITIO INTER CAPITULUM WEILBURGENSE ET SCHOLASTICUM IBIDEM IN CONTROVERSIA SUPER BONIS IN BLINSPACH.

Ad noticiam futurorum cupio peruenire, quod ego *Rotgerus* Capellanus in *Merinberg*, amicabilis compositor electus ab honorabilibus viris, Dominis Decano, *Rorico*, *Philippo* et *Vdone* Seniore, Canonicis ecclesie Wilburgensis nunc ratione presentie capitulum existentibus, parte vna, et Domino *Vdone* juniore Scolastico jam dicte ecclesie parte ex altera, super Controuersia inter eos alternatim habita, de mutatione et acquisitione bonorum ipsius ecclesie sitorum in *Blinspach*, et specialiter de octo Marcis legalium denariorum ab ipsis bonis deriuatis ac decem libris Hallensium pro acquisitione eorundem bonorum distributorum a Scolastico memorato, quorundam discretorum consilio mediante, de scitu partium earundem, propter bonum pacis et concordie maxime ad parcendum laboribus et expensis, qui ex discordia dictorum dominorum hinc inde potuissent succreuisse, sic eos ad pacem et concordiam reuocaui, videlicet, quod iidem domini, Decanus et Capitulum ecclesie Wilburgensis proximo tempore messis dicto Domino Scolastico de decima absentium in inferiore *Roulesbusen* quatuor libras hal-

len-

lensium ministrare debent, quouis impedimento semoto. Si quis hanc ordinationem violauerit, causam propter quam litigabant, amittet et penam decem marcarum incurret, quarum dimidietas cadet parti tenenti compositionem, reliqua medietas eam ordinanti. Super quibus trado presentem litteram meo proprio sigillo fideliter roboratam. Anno Domini M.CCC°XL octauo, in crastino annunciationis beate *Marie* virginis.

12. Martij.



LXVII.

PRAEPOSITI WEILBURGENSIS CONSENSUS, UT BONA QUAEDAM FEUDALIA IN AUGMENTUM ALTARIS OMNIUM SANCTORUM ACQUIRI POSSINT.

Nos *Reynboldus* Prepositus ecclesie Wylburgensis Treverensis dyoceseos, notum facimus vniuersis, quod nuper accedente ad presentiam nostram honorabilis vir Dominus *Vdo* de *Mengerskirchin* Scolasticus dicte nostre ecclesie Wylburgensis, nobis humiliter supplicauit, quod omnes census et redditus, quos *Gerhardus* de *Vsilbach* et ipsius legitimi heredes, infra muros opidi Wylburgensis existentes, a nobis et Prepositura nostre ecclesie predicte in feodum dinoscerentur habere, ipsi *Vdoni* Scolastico predicto, vt predictos census et redditus, in quibuscunque rebus existentes,

in augmentationem reddituum, fructuum, et prouentuum Altaris *omnium ſanctorum* in predicta noſtra eccleſia Wylburgenſi ſituatum, et per predictum dominum *Vdonem* fundatum et dotatum emere et comparare ex noſtra permiſſione et conceſſione, ſuper hoc prius habitis, poſſet, noſtrum preſentem preſtaremus conſenſum. Nos autem attendentes, dignis precibus fore annuendum maxime per quas bona eccleſie per Laicos diu poſſeſſa, ad ipſam eccleſiam reuertantur, et mediante, quibus diuinus cultus augmentatur, predicto *Vdoni* Scolaſtico, vt omnes cenſus, redditus, et prouentus, ſiue in pecunia ſiue in pullis exiſtant, quos predictus *Gerhardus* et eius heredes predicto *Vdoni* Scolaſtico in augmentationem fructuum et reddituum predicti Altaris *omnium Sanctorum* conuertendos vendere volunt ſeu intendunt, et quos a nobis et prepoſitura noſtra predicta in feodum dinoſcuntur habere, et qui infra muros opidi Wylburgenſis predicti exiſtant, emere et comparare, in augmentationem fructuum et reddituum predicti altaris poſſit, ipſi Domino *Vdoni* Scolaſtico predicto, preſentibus liberam concedimus facultatem. In quorum omnium teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus duximus apponendum. Datum Anno Domini Milleſimo CCC° ſexageſimo, in craſtino *Lucie* virginis.

14. Dec.



LXVIII.



LXVIII.

FUNDATIO MISSAE PERPETUAE IN COLLEGIATA WEILBURGENSI.

Wir *Bemundt* Dechant vnnd Cappittel gemeinlich des Stiffts zu *Wilburg* bekennen offinlichen an dissem geinwertigen Brieffe, vor vns vnnd alle vnser nachkommen vnnd dhue kont allen lutten die in ansehent adder hörrent lesen, Alsoliche ewige messe vnnd altar als der edel vnser lieber gnediger Herre Grafe *Johann* Grafe zu *Nassawe* Herr zu *Merenberg* vnnd vnser liebe gnedige Frauwe *Jebenne* grafin doselbst zu *Nassawe* sine eliche frauwe vmb irer vnnd irer irben selen heile zu *Wilburg* in dem Stifft vorgenant vff vnser frawen Altar, der vor dem chore steet, gedotiert vnnd gemaicht haint als der Brieffe inheldet, den der vorgenant vnser Herr vnnd vnser vorgenant frawe vor sich vnnd ire irben daruber gegeben haint, der von wortte hernach geschrieben stette.

Wir *Johann* Grafe zu *Nassauwe* her zu *Merenberg*, vnd wir *Jebenne* von *Sarbrucken* Greffyne zu *Nassauwe* sine eliche frawe, bekennen offinbar an dissem geinwertigen Brieffe vor uns alle vnser irben vnd nachkommen vnd thun kendt allen luden die Ine ansehent horrent adder lesent, das wir mit guttem willen vnd vorbedachtem synnen dorch heyle vnser vnd vnser irben sele, haine gedotiert gemacht

vnd bestediget ein ewige messe, die man ewiglichen halden solle von vnser lieben frawen In lobe vnd Ere goddis vnd finer lieben Mutter vff vnser frauwen Altar der do stet vor dem chore in dem stifft zu *Wilburg*, dieselbe messe man halden solle fier dage zu yeder wochen, vnd sal das thun ein priester der darzu von vns oder von vnsern irben gesatzt ist vnd dem wir oder vnser irben den altar gegeben vnd die messe befollen haine zu derselben messen haine wir gegeben vnd geben mit dissem Brieffe und eime priester den wir oder vnser irben darzu gesatzt haine zu finer narunge ewiglich einen Wingarten der do lyt vff gin syte der *lone* der do was *diele morklich* vnd eynen Wingarten der do lyt an der *galgenbelde* der do was *Bertrade* vnd Shes malter Korngelts jerlicher gülte die alle Jare gefallen söllent zu *klinsperg* von vnserm Hoffe den wir dohaine, vnd welche *Hoifemann* vff dem vorgenant *Hoiffe* sitzet, der sale dem priester als vorgeschrieben ist oder sine gewissen Botten, alle jare die vorgl. Shes Malder Kornegeldt *Wilburger* masses geben vnd antwordten ane widdersproche oder hindersalle vnser, vnser irben oder yemants von vnsern wegen, doch mit dem vnderscheide, daz wir oder vnser irben die vorgenant shes malder korngülde mögen losen mit also viel geldes als man shes malder korngülde mag gekeuffen bit dem gelde solt man da shes malder kornegülde widderkauffen, odder daz wir oder vnser irben einen priester als vorbenant ist bewissen anders warre vff lant oder gut dovon man

shes

shes malder korns *Wilburger* maiſſes jerliehs fallende möge haben, auch wollen wir, das welche prieſter dem wir oder vnſer irben den vorgenant altar vnd Meſſe gegeben hetten nit enthielde die vorgeſchrieben meſſe vnd in yeder wochen als vorgeſetzt ſtet; ſo mögen wir adder unſer irben einen andern prieſter darzu ſetzen, vnd yme den vorgenant Altar vnd meſſe geben, der die meſſe halde, vnd thu als vorgeſchrieben ſtet vnd dem ſöllent than die vorgenant gülte gefallen vnd die vorgenant Wingartten gantz vnd gar, alle diſſe vorgeſchrieben rede ſtücke vnd artickell geloben wir *Johann* Grafe zu *Naſſauw* vnd wir *Jehenne* ſine eliche frauwe vorgenant in gutten truen vor vns vor alle vnſer irben vnd nachkommen ymmer ewiglich ſtede vnd veſte zu halden vnd dar widder nit zu thun in dhein hande wys, des zu Vrkonde haine wir vnſer Ingeſs vor vns vnd vnſer Irben an diſſen Brieff thun hencken, der gegeben wart nach criſtus gebort drytzenhundert jare vnd ſehes vnd ſechtzig jare vff den Fritag vor ſant *Laurentien* tag des helligen martellers.

Das wir vorgenant Dechant vnd Cappittel darzu vnſern guden willen vnd verhengnis vnd vnſer confirmerunge als ferre als an vns iſt gethan haine, vnd thun mit diſſem Brieffe völlenglich, vnd ſal der egenant vnſer her vnd vnſer frawe vnd ire irben der vorgeſagten ewigen meſſen vnd altarl recht patrone ſin zu geben wan ſie ledig iſt vnd in aller maſſen als vor in irem Brieffe den ſie dar-

 über

7. Aug.

über gegeben haint begriffen ist, vnd insollen wir bit der Gifft mitt zu schaffen oder zu thun haben, Auch sollen vnd wollen wir, vmb daz Gotisdinste zu der vorgesagt ewigen messen gethaine werde, vnd auch vmb vnsers vorgenanten herren vnd vnser vorgenanten frauwen willen eime priester, der zu der vorgenant ewigen messen von den vorgenant vnserm hern und Frauwen vnd von iren irben gesatzt ist gantz vnd volle presentzie ymmer ewiglichen lassen gefallen, glicher wise als vnser eime, vnd wie daz recht vnd gewönlichen in vnserm Sifft do selbst ist, vnd wir vorgenant Dechant vnd Cappittell geloben in guden truwen an eydes stait alle disse vorgesezten dinge ymmer ewiglich stede vnd veste zuhalden vnd nit darwidder zuthun in keine wys oder bit keinen sachen die yemant erdencken mag, ane alle argeliste vnd geuerde Des zu Urkonde haine wir vnser Ingess an dissen Brieffe gehangen, dat. die et anno ut supra.



LXIX.

DOTACIO ALTARIS SANCTI ANDREE APOSTOLI IN CAPELLA PROPE ECCLESIAM S. WALBURGIS WILBURGENSEM.

In godes namen Wir *Godefrid* Dechen des stifftes sente *Walburge* zu *Wilburg* und bruder *Conrad* der barfuisser und ich her *Heinrich Klockener* des ob-

obgenanten stiffts bekennen offentlichen yn dissem testamente brieffe allen den die ene sehin horint ader lesint das her *Hartunge* selige Scholemeyster unsirs stiffts zu *Wilburg* vor syme ende mit wol bedachtem mude det sine testament und bedachte syner selen heyl und siner irben und det das mit siner suster *Yrmetrude* willen und rade und det das vor uns und saste uns zu testamenterern und siner selen weldern, und hait disse hernach geschreben guede gesaste und gegebin ane syn capeln die er hait gebuwet an unserm stifft zu *Wilburg* und hait dieselbe capeln darmidde bewedemit und dotirt das sich eyn priester der die capelle hait darmidde begen moge und syne liepnarunge da von haben moge und hait geheyssen die capeln wihen in ere des helligen cruczis und yn ere unser lieben frauwen und in ere des heiligen sente *Anders* Aposteln, und sint diss guede die hernach geschreben steen die er hait gekaufft uiss fremde heinden und mit syner arbeyt gewonnen hait und von sinen geistlichen gaben her obirt hait. Zu dem ersten dry malder kornis zu *Edilnsberg* und eyn marg pennige von dem hobe des der etzwan was kruges eynes wepeners von *Luenen* den itzunt *peder fusse* und *brusseler* besitzent und eyn wingarten gelegin uff der *Ryschinbach* der dae heysset flesche und der alde wingarte in der *Rissenbach* der des alden kelner chins was und den grund in der bruckebach der da stoisset uff die steynbach und eynen baumgarten ane dem staden gehen furcchin, und eyn malder korns zu *Herss-kusen* daz clappertzane gilden und sine erben und

 funff-

funffczendehalp ſommern korns die gildet Kolbenheubit und ſine irben von iren guden zu *Sigelbach* und eyn malder korns gildet *Heyman Scheldile* und ſine irben von ſyme huſe gelegen gehen dem kauffhuſe und von ſyme wingarten und was darzu horet gelegen in der *Riſſenbach* by Huttorffes ſeligen wingarten und das nuwe huiſs mit der Keltern gelegen gen *rucker von Odenſperg* und eynen hop gelegen zu *Silbach* der etswan was *crafftis* von *Eſſersbuſen* und eyne weſe gelegen hinder Kubecherholcze die da etswan was her *Heinrichs* von *june* ſeligen. Diſſe vorgeſchriben gude hait her *Hartunge* ſelig obgenant gegebin und geſazt an die egenant capelln eweclichen und erberlichen und ummer zu beſiczen ane alle hinderſal und hait her *Hartunge* ſelige egenant ſine teſtament und ſelegerede gethan in genwortikeyt ſiner ſuſter *irmentrude* und mit irem guden willen und wiſſen und des bekennen ich *Irmentrud* das daz war iſt das yns myn gude wille waz und nach iſt. und ich bit hern *Hartunge* ſeligen mynen bruder diſſe vorgeſchrieben gude und gulde mit ſametder hant eyndrechlichen zu der vorgenant capeln umb gotswillen und uns beyder ſele heyl eygentlichen und ewiclichen gegeben hain, und umb das dit ſtete und veſte blibe und wol gehalten werde, hain wir obgenant Teſtamentarij und ich *Irmentrud* bit yn ſemenlichen gebeden die erbern wyſen lude *Gerlachen* von *Rynberg* foyd zu *Wilburg* und *Philipſen* von *Aldendorff* burgermeiſter *ffulmarn* von *Ernsbuſen*, und *Cuntzen* von *Hennersbuſen* ſcheffene zu

Wil-

Wilburg daz ſye der ſtadt Ingeſigel zu *Wilburg* zu geczugniſſe an diſſen brieff hant gehangen und zu merer ſicherheit hain mir gebeden den feſten man junchern *Richwynen* von *Wilburg* daz her auch ſyne ingeſigel hait an diſſen brieff gehangen, des wir vorgenante *Gerlach* und *Philipps* burgermeyſter *Cuntze* und *ffulmar* ſcheffene und ich *Richwyn* bekennen das wir durch bede willen der egenant teſtamentirer und *Irmentrude* unſer ingeſigel an diſſen brieff gehangen hayn. Datum Anno Domini M°CCC nonageſimo ſeptimo in die ſancti *Egidij* confeſſoris.

1. Sept.



LXX.

PROCESSUS OFFICIALIS CONTRA EXCOMMUNICATOS.

Officialis Curie Confluentine Plebano in *Wetslaria* ac aliis vniuerſis eccleſiarum Plebanis, Presbyteris, Mercenariis, Clericis et Notariis publicis noſtre Jurisdictioni ſubjectis, ad quos preſentes littere peruenerint, ſalutem in Domino. Cum nos aliquando ad inſtantiam honorabilium Virorum Dominorum, Decani et Capituli eccleſie collegiate ſancte *Walpurgis* in *Wylburg* excommunicauerimus jam dudum, in ſpecie per continuam et propter manifeſtam offenſam, *Gernandum Ruwe*, armigerum, et *Rulonem de Molinheym*, ac in ge-

nere Sculteтos et Scabinos Judicii ſecularis in *Lowe* regentes, prout in noſtris proceſſibus, deſuper emiſſis et executis, plenius continetur, inhibuerimusque veſtris parochianis, ne quis eorum dictis excommunicatis verbo, opere, cibo, potu, igne, aqua etc. contrarium vero facientes, niſi diſiſterent, quos, trium dierum canonica monitione premiſſa, in ſcriptis excommunicaremus et excommunicatos mandaremus, publice nunciari, tamen prefati excommunicati tam in ſpecie quam in genere non curant, ſe abſolui in graue animarum ſuarum periculum et ſcandalum plurimorum, hinc eſt, quod vobis et cuilibet veſtrum in uirtute ſancte obediencie firmiter et diſtricte precipiendo mandamus ac ſub pena excommunicationis, ſi non feceritis, quod mandamus, quatenus moneatis in ſpecie prefatos *Gernandum Ruwe* et *Rolonem de Molinheym* ac Sculteтos Judicii Secularis in *Lowe* regentes vt infra viginti dies poſt veſtram aut cuiuslibet veſtrum monitionem, quam eciam mox viris preſentibus firmiter volumus, ſe ab huiusmodi ſententiis a nobis legitime abſolui procurent, et dictis Dominis, Decano, et Capitulo medio tempore ſatisfaciant aut ſe cum eisdem amicabiliter conponant cum effectu, Alioquin dictis viginti diebus elapſis ipſis medio tempore pro monitione Canonica currentibus contra prefatos excommunicatos ſuperius nominatos, quam diu in veſtris fuerint parochiis, comederint, biberint, pernoctauerint, larem fouerint, et tranſitum fecerint, ceſſetis et ceſſari faciatis penitus a diuinis, donec

aliud

aliud a nobis perceperitis in mandatis. Datum feria ſexta proxima poſt octauas *epiphanie* Domini, Anno eiusdem M°CCCC° quinto. ſecundum ſtilum Treverenſem.

Johannes de Bunna.

16. Januarij.

LXXI.

COLLATIO DECANATUS WEILBURGENSIS.

Ulricus Prepoſitus eccleſie Wilpurgenſis diſcreto viro domino *Hermanno* Piscatori, Canonico dicte eccleſie Wilpurgenſis ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Decanatum dicte eccleſie Wilpurgenſis ad preſens vacantem ex morte ſeu libera reſignatione quondam Domini *Johannis Hochdorffer*, eiusdem eccleſie Decanatus Decani nouiſſimi, cuius collatio, quotiens vacare contigerit, ad nos veluti Prepoſitum Wilpurgenſem ſpectare dinoſcitur, Vobis Dei precipue ac meritorum veſtrorum intuitu conferimus et aſſignamus, Inueſtientes vos ad eundem per libri traditionem, per preſentes mandamus omnibus et ſingulis, quorum intereſt, et ſpecialiter Dominis Canonicis et Capitulo eccleſie Wilpurgenſis predicte, vt infra ſex dies proximos a publicatione preſentium ſub pena excommunicationis, quam ferimus in rebelles, quorum duos pro primo, duos pro ſecundo et reliquos duos dies

dies pro tertio et peremptorio termino ac canonica monitione assignamus vos Dominum *Hermannum* ad prefatum Decanatum admittant cum effectu et ad eius possessionem introducant corporalem et Vobis de fructibus, redditibus, juribus et obuentionibus vniuersis dicti Decanatus respondeant et ab aliis, quantum in ipsis est, responderi faciant, adhibitis circa premissa solempnitatibus debitis et consuetis. In quorum omnium et singulorum premissorum evidens testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum *Spire* anno Domini Millesimo quadringentesimo septimo, Indictione quintadecima Pontificatus sanctissimi in Xpo Patris ac Domini nostri Domini *Gregorii* diuina prouidentia Pape *duodecimi*, anno eius secundo, die XI. mensis Augusti, Presentibus discretis viris Domino *Conrado Holtmano* Sexprebendario ecclesie spirensis, *Johanne Emmerici* de *Argentina* et *Johanne Breckenheim* Clerico Moguntinensis Dioceseos.

LXXII.

DIES DEDICATIONIS ECCLESIAE IN RODE TRANSFERTUR.

Nos *Hupertus* Dei et Apostolice sedis gratia Episcopus Azotensis, Reuerendissimi in Xpo Patris et Domini Domini *Johannis* Archiepiscopi ecclesie Treuerensis in Pontificalibus Vicarius generalis, salutem in Domino sempiternam. Pia mater

ter ecclesia de animarum salute sollicita deuotionem fidelium per quedam munera specialia Remissiones videlicet et indulgentias invitare consueuit ad debitum famulatum Deo et honorem sacris ipsius edibus inpendendum, vt quanto crebrius illuc confluit Populus Xpianus devote Saluatoris gratiam implorando, tanto celerius delictorum suorum veniam et gaudia consequi mereantur eterna. Cum piis ex rogatibus impulsati sumus a Xpi fidelibus ville *Rode* cis ripam *Wilen* sitam, vt diem dedicationis, qui venit dominica die ante festum assumptionis gloriose Virginis *Marie* transferre vetimus ad festum sancti *Michqelis* Archangeli. Nos vero pie condescendentes ad hoc idem annuimus taliter ad diem sancti *Michaelis* transferendo. Aditientes, quod omnibus vere penitentibus confessis et contritis, qui in dedicationis festo ecclesie videlicet ipsa die sancti *Michaelis*, vel in festorum Domini nostri *Jhesu* Xpi, videlicet, *Natalis Domini Circumcisionis*, *Epiphanie*, die *Cene*, *Pasche*, *Ascensionis*, *Penthecosten*, *Corporis Xpi*, omnibus diebus Dominicis quolibet festo gloriose virginis *Marie*, in festo omnium sanctorum, et in festo Patronorum tam ecclesie, quam Altarium que Altarium dedicationes per presentes etiam ad dedicationem ecclesie transferimus, causa deuotionis, orationis aut peregrinationis dicte ecclesie accesserint annuatim, aut qui ad libros Casulas, vel alia indumenta et preparamenta sacerdotum, vel qui ad fabricam ecclesie et ad ipsius necessaria intuitu diuino manus suas porrexerint adjutrices, vel qui in sano corpore, aut

in

in fine vite ſue prefate eccleſie quicquid ſuarum legauerit facultatum, aut qui in trina pulſatione campane matutina et ſerotina ſepties ſalutationem angelicam dixerint, ſtudioſe, vel qui in eundo et redeundo corpus Xpi et ſacram vnctionem ad infirmum acceſſerint, quotienscunque premiſſa vel aliquid fecerint premiſſorum, Nos de omnipotentis Dei miſericordia et beatorum *Petri* et *Pauli* Apoſtolorum eius auctoritate confiſi quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis eis penitentiis miſericorditer in Domino relaxamus. Priores vero indulgentias approbantes, diem vero dedicationis ſtatuimus ipſa die ſancti *Michaelis* perpetuo celebrandum. In quorum omnium robur et teſtimonium duximus noſtri pontificalis Sigilli preſentia muniri. Datum anno Domini Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto, die decima octaua menſis Novembris.



LXXIII.

VICARIUS ALTARIS SANCTAE BARBARAE IN ECCLESIA WEILBURGENSI RESIDERE JUBETUR.

Johannes Schelt, Decanus collegiate eccleſie ſancte *Walpurgis* in *Wilburg* Treuerenſis dioceſeos, totumque Capitulum ibidem, honorabili viro Domino *Hermanno Paderborn* perpetuo Vicario ad Altare ſancte *Barbare* in eccleſia predicta ſitum, ſalutem et ſinceram in Domino caritatem. Vt ea, que in eccleſia noſtra a *Xpi* fidelibus pro ſua-

ſuarum animarum ſalute inſtituta et ordinata ſunt, debite, iuxta eorundem *Xpi* fidelium voluntates, fiant et adimpleantur, conuenit ac opere pretium eſt, quod eiusdem eccleſie noſtre perſonas ad ſuorum beneficiorum ibidem perſonalem reſidentiam, prout ſecundum ordinationes et Statuta eiusdem eccleſie ad nos ſpectat ad compellendum reddamus nos ſollicitos, idcirco ne dicti Altaris ſancte *Barbare* in eccleſia noſtra ſiti fundatorum ſiue inſtituentium anime ſuis fruſtrentur affectibus, et quod ordinationes ac Statuta eccleſie noſtre ſuum debitum experiantur effectum, Vobis in virtute ſancte obedientie, quam nobis debetis, et eius ſtrictiori pena, qua mandare poſſumus diſtricte precipiendo mandamus, quatenus infra ſex menſes proxime et immediate ſequentes a die preſentis mandati noſtri executione computando, perſonaliter accedatis eccleſiam noſtram predictam, ibique perſonalem et corporalem reſidentiam faciatis, veſtro Altari ſancte *Barbare* in diuinis debite ad ſeruiendum, prout ceteros Vicarios noſtros reſidentes facere et ſeruire ſollerti cura conſpicimus; certificamus nihilominus vos Dominum *Hermannum* Vicarium noſtrum predictum, et ſi mandatis noſtris huiusmodi infra dictis ſex menſes, vt premittitur, non parueritis realiter et cum effectu, nos tunc vos tanquam nobis inobedientem et inobedientie filium, rebellum et periurum, et vt talem et pro tali tenebimus, cenſebimus et reputabimus, nec non ad vlteriora contra vos tanquam inobedientie filium, rebellum et periurum cum penis debi-

tis

tis justitia suadente tempore et loco congruis procul dubio procedemus et procedi curabimus. In cuius rei fidem, robur et euidens testimonium presentes nostras litteras, nostri Sigilli, quo ad causas vtimur, duximus appensione communiri. Datum die Jouis, mensis Nouembris octaua, Anno Domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo.

LXXIV.

DISPENSATIO IN PLURALITATE BENEFICIORUM ETIAM INCOMPATIBILIUM FRIDERICO MARTORFF PRAEPOSITO WEILBURGENSI CONCESSA.

Alexander Episcopus, Seruus Seruorum Dei, dilecto filio *Friderico Martorff*, Preposito ecclesie in *Wilborck* Treuerensis dioceseos, Familiari nostro salutem et apostolicam benedictionem. Grata familiaritatis obsequia, que nobis hactenus impendisti et adhuc solicitis studiis impendere non desistis, nec non uite ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis et uirtutum merita, quibus personam tuam tam familiari experientia, quam etiam fidedignorum testimoniis iuuari percepimus, nos inducunt, vt te specialibus fauoribus et gratiis prosequamur, ac petitiones tuas, per quas tibi et aliis personis de beneficiis ecclesiasticis prouideri possit, ad exauditionis gratiam admittentes, illa tibi fauorabiliter

liter concedamus, que tuis commoditatibus fore conſpicimus oportuna: hinc eſt, quod nos uolentes te, qui dilecti filii Magiſtri *Eberardi Cadmer* litterarum apoſtolicarum ſcriptoris, dilecti filii noſtri *Johannis Antonii* et ſanctorum *Nerei et Achilei* Presbyteri Cardinalis obſequiis inſiſtentis et familiaris noſtri continui commenſalis obſequio inſiſtendo etiam continuus commenſalis noſter exiſtis et ut aſſeris Prepoſituram eccleſie in *Wilborck* Treuirenſis dioceſeos, que inibi dignitas principalis exiſtit, inter alia obtines, premiſſorum obſequiorum et meritorum tuorum intuitu fauore proſequi gratioſo, teque a quibuscunque excommunicationis ſuſpenſionis et interdicti aliisque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris et penis a iure uel ab homine quauis occaſione uel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis ad effectum preſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes et abſolutum fore cenſentes, nec non omnia et ſingula alia beneficia eccleſiaſtica ſine cura, que obtines, ac cum cura et ſine cura, que expectas, nec non in quibus et ad que jus tibi quomodolibet competit, quecunque, quotcunque et qualiacunque ſint, eorumque fructuum, reddituum et prouentuum veros annuos valores preſentibus pro expreſſis habentes tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati tecum, vt vnacum dicta Prepoſitura Vnum, et absque illa duo alia quecunque curata ſeu alias inuicem incompatibilia beneficia eccleſiaſtica, etiam ſi Parochiales eccleſie uel earum perpetue Vicarie aut dignitates, perſonatus, adminiſtrationes

 uel

uel officia huiusmodi in Cathedralibus etiam Metropolitanis uel Collegiatis et dignitates ipse in Cathedralibus etiam Metropolitanis post Pontificales maiores, seu in collegiatis ecclesiis huiusmodi principales, seu talia mixtim fuerint, et ad dignitates, personatus, administrationes, vel officia huiusmodi consueuerint, qui per electionem assumi, eisque cura immineat animarum, si tibi alias canonice conferantur, aut eligaris, presenteris, uel assumaris ad illa et instituaris in eis recipere et insimul, quoad vixeris, retinere, illaque simul vel successiue simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens tibi placuerit, dimittere, et loco dimissi uel dimissorum aliud uel alia, simile uel dissimile, aut similia uel dissimilia, beneficium seu beneficia ecclesiastica, duo duntaxat invicem incompatibilia similiter recipere, et quoad vixeris, vt prefertur, retinere libere et licite valeas auctoritate apostolica tenore presentium de specialis dono gratie dispensamus, Tibique illa ac omnia et singula alia beneficia ecclesiastica sine cura, que obtines, ac cum cura et sine cura, que imposterum obtinebis simpliciter, aut pro alio seu aliis, simili uel dissimili, aut similibus uel dissimilibus beneficio seu beneficiis ecclesiastico uel ecclesiasticis cum quibusvis personis tecum permutare volentibus ex causa permutationis huiusmodi, in qua tamen nulla illicita pactio seu Simoniaca prauitas interueniat, in quorumcunque ordinariorum locorum aut Canonicorum, Metropolitanorum uel aliarum Cathedralium ecclesiarum seu personarum in dignitate

eccle-

ecclesiastica constitutarum et ad id per te seu procuratorem tuum eligendorum seu eligendarum manibus, extra romanam curiam apostolice sedis et cuiusuis alterius licentia super hoc minime requisita resignandi, nec non ordinariis Canonicis et personis in dignitate constitutis huiusmodi resignationes ipsas simpliciter uel ex eadem causa, extra dictam Curiam prefata auctoritate recipiendi et admittendi, nec non ea, que tu simpliciter, idonee seu idoneis per te uel procuratorem tuum nominande seu nominandis etiam quecunque quotcunque et qualiacunque beneficia ecclesiastica obtinentibus et spectantibus, et que ex eadem causa tecum permutantibus personis, que uero ipse compermutantes persone, resignaueritis beneficia huiusmodi, etiam si Canonicatus et prebende dignitates personatus administrationes uel officia in Cathedralibus etiam Metropolitanis uel collegiatis ecclesiis et per te pro tempore obtenta beneficia huiusmodi ex quauis causa dispositioni Apostolice generaliter reseruata fuerint, et ad dignitates et prebende dignitates, personatus administrationes, uel officia huiusmodi consueuerint, qui per electionem assumi, eisque cura inmineat animarum, dummodo dignitates in Metropolitanis uel aliis Cathedralibus post Pontificales maiores, seu in collegiatis ecclesiis huiusmodi principales et compermutantium personarum huiusmodi similem facultatem non habentium beneficia huiusmodi dispositioni apostolice generaliter rerseruata non fuerint, tibi eadem auctoritate conferendi et de illis etiam

 pro-

prouidendi, omniaque et ſingula alia in premiſ-
ſis et circa ea neceſſaria ſeu quomodolibet oportuna faciendi et exequendi plenam et liberam earundem tenore preſentium licentiam et facultatem concedimus. Ac tibi, vt in romana Curia, uel altero beneficiorum tuorum eccleſiaſticorum, que obtines et impoſterum obtinebis, reſidendo, aut litterarum ſtudio in loco, vbi illud uigeat, generale inſiſtendo, omnes et ſingulos fructus, redditus et prouentus dicte prepoſiture, ac omnium et ſingulorum aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum, que obtines, ut prefertur, et impoſterum in quibusuis eccleſiis ſiue locis obtinebis, etiam ſi Canonicatus et Prebende dignitates perſonatus adminiſtrationes uel officia in Cathedralibus etiam Metropolitanis uel Collegiatis et dignitates ipſe in eisdem Cathedralibus etiam Metropolitanis poſt Pontificales maiores, ſeu in Collegiatis eccleſiis huiusmodi principales fuerint et ad dignitates perſonatus, adminiſtrationes uel officia huiusmodi conſueuerint, qui per electionem aſſumi, eisque cura inmineat animarum cum ea integritate quotidianis diſtributionibus duntaxat exceptis, quoad uixeris percipere libere et licite valeas, cum qua illos perciperes, ſi in eisdem eccleſiis ſiue locis perſonaliter reſideres et ad reſidendum interim in eisdem eccleſiis ſiue locis minime tenearis, nec ad id a quoquam inuitus valeas coartari, eadem auctoritate apoſtolica tenore preſentium indulgemus, non obſtantibus de tuis et quibusuis aliis beneficiis eccleſiaſticis per nos uel

ſedem

ſedem predictam pro tempore factis reſeruationibus generalibus uel ſpecialibus, quodque in eccleſiis ſiue locis huiusmodi primam non feceris reſidentiam perſonalem conſuetam, ac generalis Concilii, nec non felicis recordationis *Bonifacii* Pape VIII. Predeceſſoris noſtri, per quam conceſſiones huiusmodi de fructibus percipiendis in abſentia ſiue prefunctione temporis fieri prohibentur, et aliis apoſtolicis conſtitutionibus, nec non predicte in *Wilborck* et aliarum eccleſiarum, in quibus incompatibilia beneficia huiusmodi forſan fuerint, iuramento, confirmatione apoſtolica uel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis et conſuetudinibus, etiam fide illis ſeruandis et non impetrandis litteris apoſtolicis contra ea, aut ab alio uel aliis impetratis aut quouis modo conceſſis non vtendo tu per te uel procuratorem tuum preſtiteris hactenus uel impoſterum te preſtare contigerit, iuramentum ceterisque contrariis quibuscunque, Aut ſi locorum ordinariis prefatis ac dilectis filiis Capitulis eccleſiarum, in quibus beneficia huiusmodi forſan fuerint, uel quibusuis aliis communiter uel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, uel impoſterum indulgeri contingat, quod Canonicis, Rectoribus et perſonis earundem eccleſiarum ſiue locorum etiam in dignitatibus perſonatibus adminiſtrationibus uel officiis conſtitutis, et in illis non reſidentibus, uel qui in eis primam non fecerint reſidentiam perſonalem conſuetam, fructus, redditus et prouentus beneficiorum ſuorum eccleſiaſticorum miniſtrare in abſentia ſua minime teneantur, et

ad id compelli non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali uel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quam presentibus non expressam uel totaliter non insertam, effectus huiusmodi gratie impediri valeat quomodo libet, uel differri, et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis, prouiso, quod prepositura et alia incompatibilia beneficia huiusmodi debitis propterea non fraudentur obsequiis, et animarum cura in prepositura et incompatibilibus ac aliis beneficiis predictis, si qua illis inmineat, nullatenus negligatur, sed in eis, in quibus non resideris, per bonos et sufficientes Vicarios, quibus de beneficiorum eorumdem fructibus congrue necessaria ministrentur diligenter exerceatur et deseruiatur inibi laudabiliter in diuinis, volumus autem, quod si singulorum beneficiorum predictorum simpliciter resignandorum, fructus, redditus et prouentus viginti quatuor florenorum auri de Camera secundum communem extimationem, ualorem annuum non excedant conferentes et illi, quibus beneficia huiusmodi conferentur, et si ex dicta causa resignationes huiusmodi fient, ac tuorum et tibi ex eadem causa tunc collatorum beneficiorum huiusmodi fructus, redditus et prouentus inequales et maioris valoris fuerint, etiam si ipsa inequalitas viginti quatuor florenorum similium secundum extimationem predictam valorem annuum non transcen-

cendat, conferentes predicti et illi, quibus beneficia maioris valoris huiusmodi tunc collata fuerint de nominibus et cognominibus personarum et beneficiorum eorundem ac diebus factarum collationum huiusmodi gentes camere apostolicè aut Collectores uel Subcollectores fructuum et prouentuum eidem Camere debitorum in partibus illis pro tempore deputatos, infra vnum, si citra et tres menses, si vltra montes collationes ipse facte fuerint iuxta quandam pie memorie *Sixti IIII.* et *Innocentii VIII.* Romanorum Pontificum predecessorum nostrorum super hoc editas litteras certificare procurent, alioquin beneficia ipsa sic collata vacare censeantur eo ipso. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis, dispensationis, concessionis, indulti et voluntatis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum *Petri* et *Pauli* Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Rome* apud sanctum *Petrum*, Año Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo tertio, quarto Non: Aprilis Pontificatus nostri Año vndecimo.

2. Apr.



LXXV.

COMMISSORIUM SUPER EXECUTIONE DISPENSATIONIS IN PLURALITATE BENEFICIORUM SUPRA FATAE.

A*lexander* Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Episcopo Nepesino et dilectis filijs Preposito Ecclesie Beate *Marie* in *Gota* Magunt. Dioc. ac Officiali Maguntino salutem et Apostolicam benedictionem. Hodie dilecto filio *Friderico Martorff* Preposito Ecclesie in *Wilborck* Treverens Dioc. familiari nostro ut in Romana curia vel altero beneficiorum Ecclesiasticorum per eum pro tempore obtentorum residendo, aut litterarum studio in loco ubi illud vigeat generale insistendo quoad viveret omnes et singulos fructus redditus et proventus quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum cum cura et sine cura que in quibusvis Ecclesijs sive locis obtinebat et inposterum obtineret etiamsi Canonicatus et prebende dignitates personatus administrationes vel officia in Cathedralibus etiam Metropolitanis vel collegiatis et dignitates ipse in Cathedralibus etiam Metropolitanis post Pontificales Majores aut in Collegiatis Ecclesijs hujusmodi principales forent et ad illos illas vel illa consuevissent qui per electionem assumi eisque cura immineret animarum cum ea integritate, quotidianis distributionibus duntaxat exceptis, libere percipere valeret cum qua illos

per-

perciperet si in eisdem ecclesijs sive locis personaliter resideret, nec ad residendum in eisdem a quoquam coarctari valeret per alias nostras litteras concessimus prout in illis plenius continetur. Quocirca discretioni vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut vnus vestrum si et postquam dicte littere vobis presentate fuerint, per vos vel alium seu alios faciatis auctoritate nostra eidem *Friderico* quoad vixerit vel procuratori suo ejus nomine fructus redditus et proventus prefatos juxta hujusmodi nostre concessionis tenorem integre ministrari non permittentes eum per locorum Ordinarios ac dilectos filios dictarum Ecclesiarum Capitula seu quoscunque alios ad residendum in eisdem Ecclesijs compelli aut alias contra hujusmodi nostre concessionis tenorem quomodolibet molestari, contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo, non obstantibus omnibus que in dictis litteris voluimus non obstare, aut si ordinarijs Capitulis prefatis vel quibusvis alijs communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum quam interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum *Rome* apud sanctum *Petrum* Anno Incarnationis Dominice Millesimo quingentesimo tertio quarto nonas Aprilis Pontificatus nostri anno undecimo.

2. Apr.



LXXVI.

PRAEPOSITUS WEILBURGENSIS MANDATARIOS CONSTITUIT PRO CAPIENDA BENEFICIORUM POSSESSIONE ETC.

In nomine Domini Amen. Anno a natiuitate eiusdem Domini Millesimo quingentesimo secundo, Indictione quinta, die vero vicesima mensis Decembris, Pontificatus sanctissimi in Xpo Patris et Domini nostri, Domini *Alexandri* diuina prouidentia Pape Sexti, anno vndecimo, in mei Notarii publici testiumque infra scriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum presentia personaliter constitutus Venerabilis ac circumspectus vir dominus *Fridericus Martorff* prepositus collegiate ecclesie sancte *Walpurgis* in *Wilborck* Treuerensis diocesis principalis principaliter pro se ipso, citra tamen quorumcumque procuratorum suorum per eum hactenus quomodolibet constitutorum revocationem, omnibus melioribus modo, via, jure, causa et forma, quibus melius, tutius et efficacius de jure potuit et debuit, fecit, constituit, creauit et solempniter ordinauit suos veros, certos legitimos et indubitatos procuratores, actores, factores ac negotiorum suorum infra scriptorum gestores et nuntios speciales et generales, ita tamen quod specialitas generalitati non deroget, nec e contra videlicet, venerabiles, honestos et circumspectos viros dominos *Ludovicum Martorff*, ciuem franck-

for-

forden: et *Melchiorem Martorff*, Clericum Maguntine diocesis, suos charissimos fratres germanos absentes tanquam presentes, et quemlibet eorum in solidum, ita tamen, quod non sit melior conditio primitus occupantis nec deterior subsequentis, sed quod vnus eorum inceperit, alter ipsorum id prosequi, mediare, terminare valeat et finire ac ad effectum producere specialiter et expresse ad ipsius domini constituentis nomine et pro eo omnia et singula beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura etc. si dignitates, personatus, administrationes uel officia aut Canonicatus et Prebende parochiales ecclesie uel earum perpetue Vicarie aut alias qualitercunque qualificata, aut simplicia vacantia uel inposterum vacatura ad collationem, prouisionem, presentationem, seu quamuis aliam dispositionem, presentis domini constituentis de jure uel consuetudine, ratione prepositure ecclesie sancte *Walpurgis* prefate, aut alias quomodolibet pertinentia et spectantia, cuicunque uel quibuscunque persone seu personis, alias ad beneficia huiusmodi seu eorum aliquod ydonee seu ydoneis conferendum, ac illi vel illis de beneficio uel beneficiis huiusmodi prouidendum, seu personam uel personas huiusmodi ad beneficium seu beneficia huiusmodi presentandum, eligendum uel nominandum, nec non personam uel personas huiusmodi ad possessionem realem actualem et corporalem beneficii uel beneficiorum huiusmodi ponendum, inuestiendum et inducendum, ac inductum uel inductos ipsius domini constituentis nomine et pro eo defendendum, ac per

alios

alios poni, inueſtiri et induci ac defendi faciendum, procurandum et mandandum, litterasque ſeu inſtrumenta uel documenta publica deſuper neceſſaria et oportuna dandum et concedendum, Ipſiusque domini conſtituentis jurisdictionem, jus et perſonam, quo ad collationem, prouiſionem, preſentationem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem beneficiorum huiusmodi in omnibus et per omnia exercendum et repreſentandum, ac eandem jurisdictionem et jus huiusmodi ipſius domini conſtituentis nomine et pro eo defendendum et manutenendum, nec non prepoſituram huiusmodi in ſpiritualibus et temporalibus regendum et gubernandum, regique et gubernari, ac in diuinis laudabiliter deſeruiri faciendum et procurandum fructus quoque redditus et prouentus, Jura, obuentiones et emolumenta quecunque ex eadem prepoſitura prouenientia petendum, exigendum, leuandum recipiendum et recuperandum, arrendandum, locandum, dislocandum, ſeu ad firmam uel annuam penſionem ad tempus et tempora perſone ſeu perſonis ac pro pretio ſeu pretiis, prout dictis ſuis procuratoribus uel eorum alteri viſum fuerit expediri dandum et concedendum, de habitis quoque receptis, exactis, recuperatis et leuatis premiſſorum occaſione, finem ſeu quitantiam cum ſolempni pacto rem habitam vlterius non petendo, dandum et concedendum, literasque ſeu quitantias deſuper oportunas faciendum et preſtandum, et ſi neceſſe fuerit pro premiſſis omnibus et ſingulis et eorum occaſione pro dicto domino conſtituente et

eius

eius nomine coram quibuscunque judicibus ecclesiasticis et secularibus quacunque auctoritate fungentibus et functuris comparendum, agendum et defendendum, libellum seu libellos et quascunque alias petitiones summarias verbo uel in scriptis dandum et recipiendum, darique et recipi videndum, exceptionem proponendum, replicandum, duplicandum, triplicandum, et si opus fuerit quadruplicandum, litem seu lites contestandum et contestari videndum, de calumpnia vitanda et veritate dicenda, et cuiuslibet alterius generis licitum et honestum juramentum in animam ipsius domini constituentis prestandum, ponendum et articulandum, ponique et articulari videndum positionibus et articulis partis aduerse respondendum suisque responderi petendum, testes, acta, litteras, instrumenta et alia munimenta producendum, testes partis aduerse jurare videndum, contra testes et eorum dicta, litteras ac instrumenta et alia munimenta contra ipsum dominum constiuentem producta et producenda dicendum, et excipiendum vitia et defectus opponendum et probandum, protestandum, dicendum, allegandum, beneficium absolutionis simpliciter uel ad cautelam ac restitutionis in integrum et quecunque alia juris remedia ac quascunque litteras, grauamen seu iustitiam in se continentes, petendum, obtinendum et impetrandum et ex aduerso impetratis et obtentis, contradicendum et impugnandum, judicis officium humiliter implorandum, expensas, dampna et interesse taxari petendum, et super ipsis, si necesse fue-

fuerit, jurandum, in caufa et caufis huiusmodi concludendum et concludi videndum, fententiam, feu fententias tam interlocutorias quam diffinitiuas audiendum et ferri petendum, et ab eis et ab earum qualibet feu quolibet alio grauamine illato vel inferendo provocandum et appellandum, provocationes et appellationes fuos profequendum, publicandum, intimandum et notificandum, apoftolos femel et pluries inftanter inftantius et inftantiffime petendum et obtinendum, vnum quoque uel plures procuratorem feu procuratores loco fui et cuiuslibet ipforum cum fimili aut limitata poteftate fubftituendum, eumque uel eos reuocandum et onus procurationis huiusmodi in fe reaffumendum, totiens quotiens opus fuerit et ipfis feu eorum alteri videbitur expedire prefenti procutatorio nichilominus in fuo robore duraturo, et generaliter omnia alia et fingula faciendum, dicendum gerendum, exercendum et procurandum, que in premiffis et circa ea neceffaria fuerint feu quomodolibet oportuna, et que ipfemet dominus Conftituens faceret feu facere poffet, fi premiffis omnibus et fingulis prefens et perfonaliter intereffet, etiam fi talia forent, que mandatum exigerent magis fpeciale, quam prefentibus eft expreffum, promittens infuper idem dominus *Fridericus* conftituens mihi Notario publico infra fcripto tanquam publice et authentice perfone folempniter ftipulanti et recipienti vice et nomine omnium et fingulorum, quorum intereft, intererit aut intereffe poterit, quomodo libet in futurum fe ratum, gratum atque

fir-

firmum perpetuo habiturum totum id, et quicquid per dictos procuratores suos constitutos ac substituendos ab eis seu eorum altero actum, dictum, factum, gestum, procuratumve fuerit in premissis seu quolibet premissorum, releuans nihilominus et releuare volens eosdem procuratores et quemlibet eorum ab omni onere satisdandi, judicio sisti, et judicatum solui cum omnibus et singulis clausulis necessariis et oportunis sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium, presentium et futurorum et qualibet alia juris et facti renunciatione ad hec necessaria pariter et cautela. Super quibus omnibus et singulis premissis idem dominus Constituens sibi a me Notario publico infra scripto vnum vel plura publicum seu publica fieri atque confici petiit instrumentum et Instrumenta. Acta fuerunt hec *Rome* in domibus habitationum reuerendissimi in *Xpo* Patris et Domini domini *Johannis Antonii* tituli sanctorum *Nerei et Achillei* sacro sancte romane ecclesie Presbyteri Cardinalis, sub Anno, Indictione, die, mense et Pontificatu, quibus supra, presentibus ibidem venerabilibus ac circumspectis viris dominis *Dithmaro de Houel* juniore sanctorum Apostolorum Coloniensis et *Martino Lufft* sancti *Pauli* Wormatiens. ecclesiarum Canonicis, testibus ad premissa vocatis specialiter atque rogatis.

Et ego *Johannes Kopp* de *Nussia* Clericus Coloniensis diocesis publicus imperiali auctoritate No-

Notarius, quia dictorum procuratorum constitutioni potestatis dationi, ratihabitioni, relevationi, omnibusque aliis et singulis, dum, sicut premittitur, fierent et agerentur vnacum prenominatis testibus presens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audiui, ideoque hoc presens publicum instrumentum, manu alterius fideliter scriptum, exinde confeci, subscripsi, publicaui, et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis signaui, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus.

LXXVIII.

CITATIO IN CAUSA LITIGIOSA SUPER VICARIA SANCTI NICOLAI IN ECCLESIA WEILBURGENSI.

B*enedictus Adam*, vtriusque Juris Doctor sancte ecclesie Aniciensis Prepositus, Domini Pape Capellanus et ipsius sacri Pallatii apostolici causarum causeque et causis ac partibus infrascriptis auditor ab eodem Domino nostro Papa specialiter deputatus Vniuersis et singulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Prepositis, Decanis, Archidiaconis, Scolasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Celleratiis, Succentoribus Sacristis tam Cathedralium quam collegiatarum Canonicis, paro-

rochialiumque ecclesiarum rectoribus seu locatenentibus eorundem, Plebanis, vice plebanis, Capellanis curatis et non curatis Vicariis perpetuis Altaristis, ceterisque Presbyteris, Clericis Notariis et Tabellionibus publicis quibuscunque per civitatem et Diocesin Treverensem aut alibi constitutis et eorum cuilibet in solidum, ac illi uel illis, ad quem uel ad quos presentes nostre littere peruenerint Salutem in Domino, et nostris huiusmodi ymmo verius apostolicis firmiter obedire mandatis. Noueritis, quod nuper sanctissimus in Xpo Pater et Dominus noster Dominus *Julius* diuina prouidentia Papa *secundus* quandam commissionis siue supplicationis papiri cedulam nobis per certum suum Cursorem presentari fecit, quam nos cum ea, qua decuit reuerentia recepimus huiusmodi sub tenore: Dignetur sanctitas uestra, causam et causas, quam et quas deuotns minister, *Johannes Materni* Clericus Treuirensis diocesis habet et mouet, habereque et mouere vult et intendit contra et aduersus quendam *Fredericum Rauch* assertum clericum, intrusum aduersarium, omnesque alios et singulos sua communiter uel diuisim Interesse putantes de et super premissaria siue Vicaria in ecclesia collegiata sancte *Walburgis* in *Wilburgk* ad Altare sancti *Nicolai*; rebusque aliis et illius nomine partibus ex altera alicui ex reuerendis presentibus vestri sacri palacii apostolici causarum auditoribus committere audiendum, cognoscendum, decidendum, fineque debito terminandum, cum omnibus et singulis suis incidentibus, depen-

dentibus, emergentibus annexis et connexis cum poteſtate in romana curia extra eam et ad partes dictum *Friedericum* omnesque alios et ſingulos ſua communiter uel diuiſim intereſſe putantes ac intruſos et intrudendos citanti et inhibendi non obſtantibus conſtitutionibus et ordinationibus apoſtolicis, nec non quod cauſa ſeu cauſe huiusmodi non ſint ad romanam curiam predictam legitime deuolute, neque in ea de ſui natura aut juris neceſſitate tractande ſeu finiende, ceterisque contrariis quibuscunque, in fine vero dicte commiſſionis talis inueniebatur ſignatura videlicet de mandato Domini noſtri Pape audiat Magiſter *Benedictus* citet vt petitur, et juſtitiam faciat; Poſt cuius quidem commiſſionis ſiue ſupplicationis papiri cedule preſentationem et receptionem nobis et per nos, vt premittitur factas, fuimus pro parte honorabilis viri domini *Johannis Materni* principalis in premiſſa nobis facta et preſentata commiſſione principaliter nominati debita cum inſtantia requiſiti, Quatenus ſibi citationem legitimam vna cum inhibitione juſta extra romanam curiam et ad partes contra et aduerſus quendam *Fredericum Rauch* ex adverſo principalem in eadem commiſſione ex aduerſo principaliter nominatum et deſcriptum, omnesque alios et ſingulos intruſos forſan et intrudendos ac ſua communiter uel diuiſim intereſſe putantes et in executione citationis huiusmodi nominandos, juxta et ſecundum dicte premiſſe nobis facte et preſentate Commiſſionis vim, formam,

con-

continentiam et tenorem in forma ſolita et conſueta decernere et concedere dignaremur.

Nos igitur *Benedictus Adam* Auditor prefatus attendentes requiſitionem huiusmodi fore juſtam et rationi conſonam, volentesque in cauſa et cauſis huiusmodi rite et legitime procedere ac partibus ipſis dante domino juſtitiam miniſtrare, vt tenemur, Quo circa auctoritate apoſtolica nobis commiſſa et qua fungimur in hac parte vos omnes et ſingulos ſupra dictos, quibus preſentes noſtre litere diriguntur tenore preſentium requirimus et monemus primo ſecundo tertio et peremptorie vobis et veſtrum cuilibet in virtute ſancte obedientie et ſub excommunicationis pena, quam in vos et veſtrum quemlibet canonica monitione premiſſa ferimus in hiis ſcriptis niſi feceritis que committimus et mandamus, diſtricte precipiendo, mandantes, quatenus infra ſex dierum ſpacium poſt preſentationem ſeu notificationem preſentium vobis ſeu alteri veſtrum factas, et poſtquam pro parte dicti domini *Johannis Materni* principalis vigore preſentium fueritis requiſiti ſeu alter ueſtrum fuerit requiſitus immediate ſequentes, quorum ſex dierum duos primo, duos pro ſecundo et reliquos duos dies vobis omnibus et ſingulis ſupra dictis pro tertio et peremptorio termino ac monitione canonica aſſignamus, ita tamen quod in hiis exequendis vnus veſtrum alium non expectet nec alter pro alio ſe excuſet, prefatum *Fredericum Rauch* ex adverſo principalem, omnesque alios et ſingulos ſupradictos in eorum propriis perſonis, ſi ipſorum

 rum



rum presentias commode habere poteritis, alioquin in hospitiis habitationem suarum si ad ea tutus vobis pateat accessus, et in collegiata sancte *Walburgis* in *Wilburgh* Treuerensis diocesis, in qua premissaria siue Vicaria, de qua in dicta premissa fit mentio, situata reperitur, sin autem in Metropolitan: Treverens. necnon predicta collegiata sancte *Walburgis* in *Wilburgh* aliisue ecclesiis et locis publicis quibuscunque vbi, quum et quotiens expediens fuerit infra missarum et aliarum horarum diuinarum solempnia, dum ibidem populi multitudo ad diuina audiendum conuenerit, seu alias legitime congregata fuerit ex parte nostra ymmo verius apostolica publice alta et intelligibili voce peremtorie citare curetis, ita tamen quod verosimile sit, citationem uestram huiusmodi ad ipsorum citandorum notitiam indubitatam pervenire, ne de premissis vel infra scriptis ignorantiam aliquam pretendere valeant, seu etiam quomodolibet allegare, quos nos et eorum quemlibet tenore presentium sic citamus, quatenus sexagesima die post citationem vestram huiusmodi ipsis per vos uel alterum vestrum factam immediate sequente, si dies ipsa sexagesima juridica fuerit et nos vel alter forsan loco nostri surrogandum auditorem ad jura reddendum et causas audiendum pro tribunali sederimus uel sederit, alioquin prima die juridica ex tunc proximo et immediate sequente, qua nos uel surrogandum auditorem prefatum *Rome* uel alibi, vbi tunc dominus noster Papa cum sua romana curia residebit, in

au-

audiendo causarum apostolica hora causarum consueta ad jura reddendum et causas audiendum in et pro tribunali sedere contigerit, compareant in judicio legitime coram nobis uel surrogando Auditore predicto per se uel procuratorem seu procuratores suos ydoneos ad causam huiusmodi sufficienter instructos, cum omnibus et singulis actis, actitatis, litteris, scripturis priuilegiis, instrumentis, juribus et munimentis causam huiusmodi tangentibus, seu quomodo libet concernentibus prefato domino *Johanni* principali uel procuratori suo legitimo pro eo de et super omnibus et singulis in dicta nobis facta et presentata commissione contentis de justitia responsuri et in causa seu causis huiusmodi ad omnes et singulos actus necessarios gradatim et successiue et vsque ad diffinitivam sententiam inclusiue debitis et consuetis terminis et dilationibus, vt est moris, procedendum processuri, aliasque et alia facturi, dicturi, allegaturi, audituri et recepturi id quod justitia suadebit et ordo dictauerit rationis. Certificantes nihilominus eosdem citatos, quod siue in dicto citationis termino, vt premissum est, comparere curaverint siue non, nos nihilominus uel surrogandus Auditor prefatus ad partis comparentis et causam seu causas huiusmodi prosequi curantis, instantiam ad premissa omnia et singula ac alias, prout justum fuerit, procedemus seu procedet dictorum citatorum contumacia siue absentia in aliquo non obstantibus. Et Insuper attendentes, quod in causa et causis huiusmodi coram nobis in decisis pen-

 den-



dentibus, nihil fit in partibus per quemcunque attemptandum uel innouandum, idcirco vobis omnibus et fingulis predictis, quibus prefentes noftre littere diriguntur predicta auctoritate apoftolica committimus et mandamus, quatenus poft legitimam dicte citationis executionem reuerendiffimo in Xpo Patri et Domino, domino Dei et apoftolice fedis gratia Treuerenfi Archiepifcopo, eiusque in fpiritualibus et temporalibus Vicario et Officiali generali, omnibusque et fingulis officialibus, Judicibus, Commiffariis ordinariis, extraordinariis, delegatis et fubdelegatis, quacumque auctoritate fungentibus per dictam Ciuitatem et Diocefin Treuerenfem aut alibi conftitutis, et prefertim *Frederico Rauch* ex aduerfo principali predicto, omnibusque aliis et fingulis, quorum intereft, intererit aut intereffe poterit, quomodo libet in futurum quibuscunque nominibus cenfeantur, et quacumque prefulgeant dignitate, de quibus pro parte dicti Domini *Johannis* principalis fuper hoc vigore prefentium fueritis requifiti, feu alter veftrum fuerit requifitus, ex parte noftra ymo verius apoftolica predicta conjunctim et divifim inhibeatis, quibus et nos etiam tenore prefentium inhibemus, ne ipfi, feu eorum alter in Vilipendium litis pendentie; ac Jurisdictionis noftre ymo verius apoftolice fedis contemptum, dictique Dom. *Joh. Materni* principalis, jurisque fui preiudicium et grauamen in caufa huiusmodi fic coram nobis in decifa pendente quicquam per fe uel alium feu alios publice, uel occulte, directe uel indirecte quouis quefito colore attemptare

tare vel innouare presumant, quod si secus factum fuerit, id totum revocare et in statum pristinum reducere curabimus, justitia mediante, diem vero seu dies citationis et inhibitionis vestrarum huiusmodi atque formam et quidquid in premissis feceritis, seu alter vestrum duxerit faciendum, nobis vel surrogando Auditori prefato per vestras Patentes litteras aut Instrumentum publicum harum seriem siue designationem in se continentes sive continens, remissis presentibus, quatenus poteritis, fideliter intimare curetis, Absolutionem vero omnium et singulorum, qui prefatam nostram communicationis sententiam incurrerint siue incurrerit, quoquomodo nobis uel superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes litteras siue presens publicum instrumentum huiusmodi nostras citationem et inhibitionem in se continentes siue continens, exinde fieri et per Notarium publicum nostrumque et huiusmodi cause coram nobis scribam infrascriptum subscribi et publicari mandauimus, nostrique Sigilli jussimus et fecimus appensione communiri. Datum et actum *Rome* in Domo habitationis nostre sub anno a nativitate Domini Millesimo quingentesimo quinto, indictione octava, die vero Martis vicesima nona mensis Aprilis, Pontificatus prefati sanctissimi in Xpo Patris et Domini nostri Domini *Julii*, diuina prouidentia Pape *secundi*, Anno secundo, presentibus ibidem discretis viris Magistris *Johanne* de *Linslincben* et *Henrico Copman*, notariis pub-

licis, ſcribisque noſtris clericis, Colonienſis et Cameracenſis dioceſis, teſtibus ad premiſſa vocatis, ſpecialiter atque rogatis.

Et ego *Johannes Vicecomitis* Clericus Carnotenſis dioceſis, publicus apoſtolica et imperiali auctoritatibus Notarius ac reuerendi patris domini *Benedicti Adam* Auditoris prefati et in huiusmodi cauſa coram eo ſcriba, quia huiusmodi citationi, petitioni et decreto omnibusque aliis et ſingulis premiſſis dum ſic vt premittitur agerentur et fierent, vna cum prenominatis teſtibus preſens interfui, eaque omnia et ſingula ſic fieri vidi et audivi. Ideo hoc preſens publicum Inſtrumentum manu alterius fideliter ſcriptum exinde confeci ſubſcripſi et in publicam formam redegi ſignoque et nomine meis vnacum ſigilli dicti Domini *Benedicti* Auditoris appenſione ſignavi, In fidem omnium et ſingulorum premiſſorum, requiſitus et rogatus.

In nomine Domini Amen. Anno a natiuitate eiusdem Milleſimo quingenteſimo quinto, Indictione octaua, die vero Sabbati ſeptima Menſis Junii, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris et Domini noſtri Domini *Julii* diuina prouidentia Pape *ſecundi* anno ſecundo. Me Notarium publicum infra ſcriptum, in vim certarum litterarum apoſtolicarum retro ſcriptarum dominus *Johannes Materni* de *Wilburgh* Clericus Treverenſis Dioceſis in

retro

retro ſcriptis litteris ſpecialiter et principaliter nominatus debita cum inſtantia requiſiuit, Quibus quidem litteris ad me receptis et perlectis vt obediens filius parere cupiens, Cum quendam *Fridericum Rauch* ex aduerſo principalem retroſcriptum premiſſariam ſeu Vicariam retro memoratam euacuaſſe aliamque vicariam in retro fata Collegiata eccleſia ſancte *Walburge* obtinere. ac quendam dominum *Johannem Rubeſamen* de *Wilburgh* aſſertum presbyterum Treuerenſis dioceſis predicte, nunc ex aduerſo principalem premiſſarie ſeu Vicarie retro fate occupatorem eſſe intelligerem, eundemque facta prius ingenti diligentia nec in perſona propria nec in ſuo habitationis hoſpitio reperirem, in preſentia teſtium infra ſcriptorum ad hoc vocatorum ſpecialiter et rogatorum, animo et intentione ipſum *Johannem* nunc ex aduerſo principalem prefatum in vim Clem. *omnesque alios et ſingulos intruſos* etc. in executione citationis nominandi, citandi, et ſibi retroſcriptas litteras inſinuandi, ad valvas collegiate eccleſie predicte, in qua ſepedicta premiſſaria ſiue vicaria collocata eſt, vbi executiones mandatorum communiter fieri ſolent, acceſſi, preſentes retroſcriptas litteras originaliter affixi, publice alta et intelligibili voce publicaui et inſinuaui, omnibusque melioribus, modo, via, forma et ſtylo, quibus melius potui, ad diem, horam et locum, prout in retroſcriptis litteris fieri mandabatur, peremptorie citaui, ac ad notitiam omnium et ſingulorum, quorum intereſt, et intereſſe poterit, quantum potui deduxi ſic quod Chriſti fidelibus ad diuina miſſarum

ſolemnia audiendum intrantibus et exeuntibus, de contentis in eisdem legitime poterat conſtare, nec veriſimile ſit, predictum *Johannem Rubeſamen* ex aduerſo principalem in huius executione principaliter nominatum ignorantiam aliquam pretendere valere ſeu eciam quomodolibet allegare poſſe, ac ipſas fere per vnius hore ſpacium affixas, tandem originalibus litteris amotis copiam earundem per me Notarium publicum infraſcriptum, ſcriptam et diligenter collacionatam in locum originalium litterarum, in ſignum vere et realis executionis affixi, affixamque ſtare dimiſi et receſſi. Acta fuerunt hec *Wilburgh* ſub anno, Indictione die, menſe, pontificatu et loco, quibus ſupra, preſentibus ibidem venerabilibus et honeſtis domins *Judoco currificis* Cantore, *Johanne Carpentarii* Canonicis, *Hartmanno Lanbuch*, Campanatore ſepefate eccleſie in *Wilburgh. Hennone Kreuch*, *Anthonio Piſtore*, Scabinis *Petro de Hentzenberge*, judicii ſecularis jurato ſcriptore, *Friderico Schuern* et *Hennone Vanck* oppidanis ibidem Treuerenſis diioceſis, teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter et rogatis.

Et ego *Mathias More* cognominatus *Morineus* de *Wetzflaria* Clericus Treuerenſis Dioceſis imperiali auctoritate Notarius publicus, quia citationis et inhibitionis retroſcripti mandati vigore requiſitioni, affixioni, publicationi, inſinuationi et citationi, omnibusque aliis et ſingulis premiſſis, dum ſic vt premittitur fierent et agerentur, vnacum prenominatis teſtibus preſens

ſens

ſens interfui, eaque ſic fieri vidi et audivi ac in notam ſumpſi, Idcirco hoc preſens publicum inſtrumentum manu mea propria hic a tergo ſcriptum exinde confeci et in hanc publicam formam redegi et ſubſcripſi, ſignoque, nomine ac cognomine meis ſolitis et conſuetis ſignaui, in fidem et teſtimonium omnium et ſingulorum premiſſorum rogatus et requiſitus.



SERIES
DOCUMENTORUM AD GESTA SUB
IOANNE II.
ARCHI-EPISCOPO MOGUNTINO
ULTERIUS CONTINUATA. *)

LXXVIII.

DECRETUM CONTRA VIOLATORES IMMUNITATIS ECCLESIASTICAE. ETC.

Officialis Curie Confluentine, Treuerenſis diocesis vniuerſis et ſingulis Presbyteris, Clericis, Notariis et Tabellionibus publicis, quibuscunque nobis ſubiectis, ſuper executione preſentium requiſitis, et preſertim Plebano, ſiue diuinorum Rectori in *Swalbach*, ſalutem in Domino. Expoſitum nobis extitit cum querela pro parte ve-


*) Confer. *Nov. Subſidia Diplom. Tom. I. pag. 407. ſq. et Tom. II. pag. 318. ſq.*

venerabilium Dominorum Prepositi, Decani, Canonicorum et Capituli collegiate ecclesie sancte *Walburgis* in *Wilburg* Treuerensis diocesis, quod licet persone ecclesiastice cum eorum bonis et rebus ab omni impositione siue Gabella, tallia, seu collecta aut quacumque alia exactione fuerint ac sint et debeant esse immunes et liberi de iure, prefatique Domini Prepositus, Decanus et Capitulum nullum vmquam Teolonium, Gabellam, Talliam, seu collectam de bonis eorum et presertim decimalibus ac aliis ecclesiasticis bonis et rebus, ipsis ratione dicte ecclesie collegiate in *Wilburgk* competentibus et ad ipsos de jure spectantibus et pertinentibus hactenus soluere uel prestare consueuerint ac soluerint uel prestiterint. Nihilominus quidam *Martinus* assertus Teolanarius in *Banweden* et *Petrus Volckemerss*, assertus Scultetus ibidem, et quidam dicti communiter *Hentzgin*, *Hermann* et *Boffbenn* in villa *Swalbach*, commorantes, et *Contz* et *Hermann* fratres in *Nuwenkirchen* anno superiori Millesimo quingentesimo decimo nono proxime preterito, non nulla frumenta, res et bona ad prefatam collegiatam ecclesiam et Dominos in *Wilburgk* occasione et jure decimarum in dictis locis *Swalbach*, *Banweden* et *Nuwenkircken* de jure spectantia et pertinentia sub pretextu et colore pretensi cuiusdam Teolonii in *Swalbach* ac alibi existentis et ad nobilem et generosum Virum *Bernhardum* Comitem in *Solms*, vt pretenditur, spectantis et pertinentis, propria auctoritate temere et de facto detinuerint, occupauerint ac sibi ipsis reseruauerint et in suos

damp-

dampnabiles vſus converterint ac imburſarint, in grauia animarum ſuarum pericula et prefatorum Dominorum conquerentium magnum incommodum, dampnum et jacturam. Quare nobis humiliter ſupplicauerunt, quatenus eis in, de et ſuper premiſſis, et circa ea de oportuno iuris remedio prouidere, ac mandatum infraſcriptum in forma ſubſcripta decernere concedereque dignaremur, hinc eſt, quod vobis omnibus et ſingulis ſupra dictis et veſtrum cuilibet in virtute ſancte obedientie firmiter et diſtricte precipientes mandamus, quatenus mox viſis et receptis preſentibus absque mora ſeu contradictione poſt preſentium preſentationem vobis vel alicui veſtrum factas moneatis et requiratis, prementionatos *Martinum* aſſertum Teolonarium in *Banweden* et *Petrum Volckemerſs* aſſertum Scultetum ibidem et quendam dictum communiter *Hentzgin*, *Hermann* et *Boffbenn* in villa *Swalbach* commorantes et *Contzonem* et *Hermannum* fratres in *Nuwenkirchen* moram gerentes ex aduerſo principales, omnesque alios et ſingulos ſua communiter uel diuiſim in huiusmodi negotio intereſſe habere putantes, in genere aut quos lator preſentium litterarum vobis in ſpecie duxerit nominandos, quos et nos etiam preſentium vigore ſub excommunicationis et quingentorum florenorum renenſium auri in auro fiſco reuerendiſſimi Domini noſtri Archiepiſcopi Treverenſis applicandorum penis, ſic monemus et requirimus, vt ad ſtatim poſt preſentem inſinuationem et executionem ipſis ſeu alteri ipſorum reſpectiue factis pre-

libatis




libatis venerabilibus viris dominis Prepoſito, Decano, et Canonicis atque Capitulo collegiate eccleſie ſancte *Walburgis* in *Wilburgk* frumenta, res et bona ad ipſos et preſcriptam eccleſiam collegiatam occaſione et de iure decimarum in locis *Swalbach*, *Banweden* et *Nuwenkirchen* de iure ſpectantia et pertinentia, vt preſcribitur, reſtituant et reſtituere procurent, ac eosdem dominos, Prepoſitum, Decanum et Canonicos eisdem bonis et rebus ſuis, vti, frui et poſſeſſione quieta gaudere ſinant et permittant. Inhibemus propterea prefatis *Martino* et *Petro*, aſſertis Teolonario et Sculteto, ceterisque ac omnibus et ſingulis predictis ac aliis intereſſe habentibus vel pretendentibus preſentium vigore monitis ſub eisdem penis preexpreſſatis, quibus vt nos etiam et eorum cuilibet harum ſerie inhibemus, ne de cetero ipſi uel aliquis ipſorum talia uel ſimilia Teolonia, Tallias, Gabellas ſiue exactiones illicitas predictas, a prefatis dominis, Prepoſito, Decano, Canonicis et Capitulo prefate eccleſie ſancte *Walburgis* in *Wilburgk*, ac eorum decimis, rebus et bonis predictis exigere, recipere et ſubleuare vel preſtare audeant uel preſumant, Niſi ſe opponere voluerint aut aliquis eorum voluerit, compareant ſiue compareat legitime coram nobis *Confluentie* in Capella ſancti *Martini*, eccleſie collegiate ſancti *Florini*, annexa, octaua die proxima poſt executionem preſentium hora primarum de mane, ſi iuridica fuerit, Alioquin proximiori die iuridica ex tunc proxime et immediate ſubſecutura, dicturi et allegaturi cau-

ſas

ſas rationabiles et in jure efficaces ſiue releuantes, cur ad premiſſa minime teneantur ſiue teneatur, et illa fieri non debeant cum comminatione debita et conſueta, diem executionis preſentis nobis liquide reſcribentes. Datum Curie pretacte ſub Sigillo Vicarii noſtri interpoſitionum decreti. Die Veneris, que fuit prima menſis Junii Anno Domini 1520.

Ex decreto venerabilis et eximii viri Domini Officialis.

Philippus Palaciolenus Notarius publ. Subſcripſit.



LXXIX.

VENDITIO CASTRI WINSPERG ETC.

Wir *johann* von gottes gnaden des heiligen ſtules zu *Mentze* Ertzbiſchoff des heiligen romiſchen richs in tutſchen landen Ertzcantzeler bekennen fur uns unſer nachkomen und ſtifft zu *Mentze* und tun kunt offenlichen mit diſem brieffe allen den die jn immer anſehen oder horen leſen daz wir mit wolbedachtem vorberaten mute und mit wiſſen willen und verhenkniſſe den Erſamen unſer lieben andechtigen *Eberhart* Dechans und Capittels unſers thumes zu *Mentze* reht und redlichen verkoufft han und verkauffen gegenwerticlichen, in krafft diſs brieffs fur uns unſer nachkomen und ſtiffte zu *Mentze* daz ſchloſs und burge

ge *Winsberg* mit den Dorffern *Eberstatt Sultzbach Elnhoffen* der Herschafft von *Winsperg* teyle *Gelmersbach* auch der herschafft von *Winsberg* teyl *Holtzorn Gransheim* die Wyler *clingen* daz Wyler *Buchorn* und *Lynach* die wyler mit allen iren rechten herlichkeiten, renten, gulten, nutzen, gefellen gerichten vogtyen welten wingarten Ekern wisen fischenzen diensten und allen andern zugehorungen wie die mit sunderlichen worten benant oder wo die gelegen sint ersucht und unersucht kleine und grose nitz usgenomen als uns unsern nachkomen und stifft die von den Edeln *Engelbarten* herren zu *Winsperg, Annen* geborn von *Hyningen* siner elichen Husfruwen und *Cunrad* von *Winsperg* iren sunen verkaufft und gegeben sint fur syben tusent und acht hundert gulden als die briefe uf wysent die daruber geben sint, dem vesten *Reinolte* von *Talheim* dem eltern *Jünchen* von *Reinchingen* siner swyger und *Elsen* dez selben *Bernolte* Husfrawen und deren egenante *Jünchin* dohter und iren erben für sechs tusent guldin gut von golde und swer von gewichte als sie zu *Spir* und zu *Hoilprunne* gengge und gebe sint, der wir auch von In gentzlichen und wol gewehrt und bezalt sin, und die von jn yngenomen haben ee diser briff geben ist und die wir auch in unsern und unsers stiffts schinbern nutz und kuntlichen frumen gewant und gekert haben, also daz der vorgenante *Bernolt Junche* sin swyger *Els* sine Husfrau egenant und ir erben die egenante burg und schloss *Winsperg* und die vorgesessen dörffer und wyler

mit

mit allen iren rehten gulten nutzen gefelln gerichten vogtyen und andern allen zugehorungen wie die mit ſunderlichen worten benant ſin und geſchriben ſten und uns und unſerme ſtiffte die von der herſchaffte von *Winsperg* verkaufft und yngeben ſin und wir die bis her gernwelichen ynn gehabt, und beſeſſen haben ynnhaben beſitzen nutzen der genieſen ſich gebruchen nach allem iren willen und beſten nutze zu beſetzen und entſetzen ſollen und mogen, als lange bis daz wir unſer nachkomen oder ſtiffte die wider umb ſie gekaufft und geloſet haben mit ſechs tuſent guldin der egenanten werunge. Alſo doch wer ez daz wir unſer nachkomen oder ſtiffte ein gemeine bette oder ſture in unſer ſtiffts landen uffetzen und nemen wolten damit ſolten wir ſie nit beſwern ane geuerde und ſullen ouch unſern nachkomen oder ſtiffte die egenante *Bernolt Junchen Elſen* und iren erben an ſollichem kauffe nymmer bedenken daran geirren oder gedrangen noch ſchaffen getan werden, mit worten werken gerichten geiſtlichen oder weltlichen heymlichen oder offenlichen in dheine wyſe noch mit dheiner ſachen wie die geſin oder yeman erdenken möchte ane geuerde die jn ſchedelichen oder hinderlichen uns nutzlichen und wider diſe vor und nach geſen ſache ſtücke puncte und artikele geſin mohten. Auch iſt geredt, und geteidinget daz in dem vorgeſeſſen kouffe und verſatzunge uſsgenomen ſint der herſchaffte von *Winsperg* manſchafft manlehen kirchſetze und pfründen wa ſie die hette. Die

die egenante *Engelbart anne* ſin eliche Husfrau und *Cunrad* ire ſun in behalten han und in diſer verſatzunge nit begriffen ſullen, ſin ſunder waz zins lehen kirchſetze und pfründen zu der egenanten burg und ſtat *Winsperg* und den dörffern vorgenant gehörent und darynne gelegen ſint die ſüllent mit dieſer verſatunge begrifen ſin, und auch darzu gehoren, es iſt auch geredt und geteidinget daz die egenante *Bernolt Junche Elſe* oder ir erben ſullen und mugen an dem obgenanten sloſs *Winsperg* zwey hundert guldin mit guter kuntſchafft verbuwen wa ſie dunket daz ez notdurfftig ſy. und wer ez daz daz sloſs *Winsperg* darnach mer buwes bedorffte den mögen ſie auch buwen und tun doch mit unſer amptluden und auch der herſchaffte von *Winsperg* wiſſen und willen und die ſelbe ſumme geltes, die ſie darnach mit unſer amptlute und auch der herſchaffte von *Winsperg* willen und wiſſen alſo verbuwet hetten, ſie were gros oder klein ungeuerlichen, die ſullen wir unſer nachkomen und ſtifft In gentzlicher bezaln mit den zweyhundert guldin die daran verbuwet weren, ſo wir den widerkauffn tun wollen ane widderrede. und waz ander dienſtes oder hulffe ſie uf dem lande oder von den luten die zu dem ſchloſs *Winsperg* dorfern oder wylern egenant gehören nemen daz ſullen ſie nit rechen zu den egenanten zweyhundert guldin oder zu dem andern buwe ob der darnach geſchehen were als vorgeſchriben ſtet, an geuerde. Auch ſullen und mugen die obgenanten *Bernolt Junche* ſine ſwyger *Elſe* ſyne


Hus-

Husfraw und ire erben bynnen der zyte als dieser kauffe stet und wert die pfarre zu *Winsperg* und auch alle andere pfründe und altarie in der stat *Winsperg* und uf dem berg und auch in den vorgenanten dorfern lihen und geben redlichen personen wem und wie dicke sie ledig wordent als ferre sie zu dem vorgenanten sloss und stat *Winsperg* und den vorgenanten dörfern gehören und ein herschaffte zu *Winsperg* die zu lihen hat, sie sullen auch alle priester die zu ziten uf denselben pfarren pfrunden und altar sin und die besitzen lassen beliben by iren rechten als sie von alter herkomen sin an geuerde Auch sullen und mugen die egenänte *Bernolt Junche Else* und ire Erben tun und lasen yagen zu welcher zyte In daz eben ist in aller der Herschaffte! von *Winsperg* wyldpannen wa sie die hat, oder gehaben mag one geuerde, und daz nieman anders gunnen oder erlauben ane der vorgenanten *Engelhart, Annen* siner Elichen Husfraw *Cunrad* ires sunes oder iren erben willen, wer auch sache daz daz obgenante schlosse *Winsperg* verlorn wurde, da got vor sy, von welchen sachen daz geschehen so sullen die vorgenante *Bernolt Junche* sin swiger *Else* sin Husfruwe und ir erben jr gelte dennocht han uf den vorgesetzte dorffern wylern luten gulten guten und zugehorden als dauor begriffen ist, und an diesen briffe geschriben stet, und sullen wir unser nachkomen und stiffte nach unserm besten vermogen darnach sten und stellen nach dem egenanten schloss *Winsperg* wie uns daz wider werde, und sullen

 auch

auch die egenante *Bernolt Junche Elſe* und ire erben nach iren beſten vermogen ſten und ſtellen wie jn jr gekaufft gut daz egenante ſchloſs *Winsperg* wider werde un alle geuerde und werz ſache daz wir unſer nachkomen und ſtifft daz obgenant sloſs *Winsperg* wider yne gewinnen ee denn wir wider geloſet hetten von den egenanten *Bernolt Junchen Elſen* und iren Erben von welchen ſachen daz geſchehe ſo ſullen wir unſer nachkomen und ſtifft In daz wider ynn geben und entwürten in aller der maſſe und rehte als ſie es yezo ynne haben ane geuerde. wer ez auch ſache daz die vorgenante *Bernolt Junche* ſin ſwiger *Els* ſin Husfrawe oder iren erben daz vorgenante ſchloſs *Winsperg* wider ynn gewunnen von welchen ſachen daz geſchehe ſo ſullen ſie uns unſern nachkomen und ſtifft der loſunge gehorſam ſin in aller maſe und rehte als yezo und in dieſem briefe geſchrieben ſtet ane alle geuerde. wer ez auch ſache, daz daz vorgenant ſchloſs *Winsperg* dörffer wyler gulte gute oder ander der vorgeſetzter ſiner zugehöreden iſt lehen und von wem die rurten und zu lehen giengen die ſolten die obgenante *Engelhart Anne* ſin eliche Husfraw *Cunrad* ir ſun ir erben oder nachkommen in der Herſchaffte von *Winsperg* vermanen unſchedlichen den vorgenanten *Bernolten Junchen Elſen* und iren erben als ſich dieſelben *Engelhart anne* und *Cunrad* gen uns in herlichen maſſe verſchrieben hant, und iſt mit namen geredt und geteidinget welches jares wir unſer nachkomen und ſtiffte daz obgenante ſchloſs *Winsperg*

mit



mit der egenanten dorffern, wylern guten und zugehoreden von den egenanten *Bernolten Junchen Elſen* oder iren erben widerkaufen oder loſen wolten ſo ſolten wir unſer nachkomen oder ſtiffte ſi laſſen wiſſen und jn daz verkundigen ein virteil Jares vor ſant *Georien* tag mit unſern offen brieffen, und nach der verkundigunge ſollen wir uf ſant *Georien* tag nehſt, darnach oder in virzehen tagen den nehſten dauor oder darnach ane geuerde: daz vorgenante sloſs *Winsperg* mit ſinen zugehorungen als vor mit worten beſcheiden iſt, und geſchriben ſtet, umb ſechs tuſent gulden und umb ſo vil geltes darzu als ſie an dem obgenanten slos *Winsperg* nach lute diſs briffs kuntlichen verbuwet haben umb ſie wider kauffen und ſullen ſie der bezalunge wern zu *Heilpronnen* oder zu *Wyempfen* oder zu *Gundolsheim* in welcher der dryer ſtette einer ſin wollen mit guden gulden der obgenanten werunge wir reden auch fur uns unſer nachkomen nnd ſtifft in rehter warheit und in guten truwen die vorgeſchriben ſchloſs dorffer wyler lute gulte und gute als vorgeſchriben ſtet, den vorgeſen, *Bernolt Junchen Elſen* und iren Erben zu vertigen und zu w fur alle anſprach nach dez landes reht und gewonheitn ane alle geuerde, were aber daz der vorgenante gute gulte oder dhem zugehorunge wie die vorbenant ſin iſt anſprechig wurden von wem daz wer oder wie daz geſchehe wer uns dez verkundigen wirt von den obgenanten *Bernolten Junchen Elſen* oder iren Erben ſo ſullen wir unſer nachkomen und ſtiffte zu-

 tagen

tagen riten und die anſprechende gute welchys die wern mit rehte ledigen machen ane geuerde. da man reht von uns nemen wolte. werz aber daz wir unſer nachkomen und ſtiffte die anſprechende gut welcherley die wern nit alſo ledig gemachen möchten ſo ſullen wir dieſelben verlorne gute ir ſo wenig oder vil darnach in einem mande ane geuerde. ſo wir dez kuntlichen ermanet werden, den vorgenanten *Bernolte Junchen Elſen* und iren Erben wider legen mit andern als vil nutze und guten als der abegegangen geweſen iſt, teiten wir dez nit ſo ſolten ſie dieſelben abgegangene nutze gulte und gute ſchlahen uf daz vorgeſchriben ſchloſſe und dorffer und uf allen andern ire zugehorunge in aller der maſſe und fur ſo vil geltes als ander gulte vorgerechnet und angeslagen iſt, und waz der gulte alſo angeſchlagen wirt uf die egenante ſchloſs und dorffer und ire zugehorunge daz ſullen wir gentzlichen bezaln ſo wir die loſunge tun wollen in aller der maſſe und rehte als umb die egenante ſumme ſechs tuſent gulden und daz verbuwete gelt als vorgeſchriben ſtet, wer auch daz dieſe brieff verbrent oder verloren wurde, wie oder von welchen ſachen daz geſchehe ane geuerde. ee dieſer widerkauffe geſchehen were, daz ſol den egenanten *Bernolten Junchen* ſiner ſwiger *Elſen* ſiner Huſsfrawen oder iren Erben zu keinem ſchaden komen an dieſem widerkauffe und loſunge der vorgeſchriben sloſſe dorffer wyler und allen iren zugehorungen dem wir uns unſer nachkomen und ſtiffte ſolten ſie doch ſchuldig und

ver-

verbunden ſin zu loſen in aller der maſſe und zu allen den rehten als vorgeſchriben ſtet, und dieſer briff ynngehalten hette und auch hetten, und wenn wir unſer nachkommen und ſtifft, den widerkauffen oder loſunge getan haben ſo ſullen uns die vorgeſchriben *Bernolt Junchen* ſin ſwiger *Els* ſiner Husfrauwe und iren Erben brife geben darynne ſie ſich erkenten daz daz obgeſchriben ſchloſs *Winsperg* und die dorffer und wyler mit iren zugehorungen von jn geloſen wern und ob dieſer brieff darnach wider funden wurde von wem oder wie daz geſchehe daz er den ein toden brif und unmechtig ſin ſolte und uns unſern nachkomen und ſtiffte zu keineme ſchaden komen an dheinen ſtetten noch in dheiner wiſe wie daz geſin mochte ane geuerde auch iſt geredt waz nutzunge von ſant *Georien* tage an neheſt vergangen geuallen iſt von den egenanten ſchloſſe dorffer wyler und zu gehörden und furbaze bis uf ſant *Georien* tag neheſt komet gefallen werden, daz wir die gelich teylen und wir den halben teyl und die egenante *Bertholdt Junchen* und *Elſe* den andern halben theil nemen ſollen alſo doch daz ye die party nach ſiner anzale kunlichen muglichen koſten der von dieſem jare daruff gangen weren oder gen mochte helffen bezalen und bezalen ane geuerde. Auch ſol daz obgenante sloſs *Winsperg* unſer unſern nachkomen und ſtifft zu *Mentze* gen der ſtat *Winsperg* offen ſchloſs ſin und wider die egenante ſtat ob dez not were darus und daryne zu behelffen ſunder alle argeliſt und geuerde. doch unſchedelichin



chin den egenanten *Bernolten Junchen Elsen* und iren erben ane alle geuerde. Wir unser nachkomen und stifft sullen auch die egenante *Bernolten Junchen Elsen* und iren erben by solichem kauffe und die egenanten schlosse dorffer wylern und zugehorde getrulichen hanthaben schuren und schirmen als ander unser amptlude undertanen und eygen gute sunder alle argelist und geuerde. alle und jegliche vorgesessen stucke puncte und artickele wie die an diesem brieff begriffen sin und geschriben sten reden wir *Johann* Ertzbischoff vorgenant für uns unsere nachkomen und stiffte mit rechter warheite und in guten truwen stete feste vor und unvorbruchlichen zu haltenn und da wider nit zu komen oder zu tunde noch schaffen verhengen oder gestaten getan werden heimlichen oder offenlichen in dhein wyse wie daz gen gesin oder yemandes ez sy man oder wibe erdenken mohte sunder aller argeliste und geuerde. und ist dez zu urkunde und merer sicherheite unser Insigele an disen brief gehangen und wir *Eberhart* Dechan und daz Capitel gemeinlichen dez dumes zu *Mentze* bekennen und tun kunt offenlichen mit disem briefe daz diser vorgeschriben brife mit allen stucken puncten und artickeln wie die darvor geschriben sten und begriffen sin mit unserme guten willen rehten wissene und gantzen verhengnisse durchgangen und geschehen sin und han dez zu urkunde und merer sicherheite unsers Capitels grose Insigeln by dez egenanten unsers gnädigen herren herre *Johans* Ertzbischof-

fe

fe zu *Mentz* Infigele an difen brief thun henken. der geben ift an dem nehften dinftag nach unfern *frawen* tag *nativitatis* In dem jare do man zalt von *Criftus* geburte vierzehen hundert jar und zwey jare etc.

12. Sept.



LXXX.

LITTERA APERTIONIS CASTRI *HODELINGES GESESSE.* *)


Ich *Ulrich* von *Bergheim*, den man nennet von *Sweden.* bekenne fur mich und alle myne erben offenlich mit dieffem brieff daz ich deme Erwirdigen in Got vatter unde herren herrn *Johan* Ertzbifchoff zu *Mentze* myme lieben gnedigen herren finen nachkommen und ftifft myn hufs genant *Hudelinges gefeffe* geoffent han alfo daz er fine nachkommen und ftifft fich daruz und widder darin behelffen mogen, widder allermenclichin wer der fy ane widder uns, unde follen auch der egenante myn gnediger herre fine nachkommen und ftifft zu *Mentze* mich und myne erben fchuren und fchirfur allermenclichen ane geuerde. Des zu urkunde han ich myn Ingefigel an diefen brieff gehangen, Datum anno Domini M°CCCC° tertio Domi-

*) Hodie *Hüttengefeffe* una hora a Caftro *Ronnenburg* et tribus a *Meerholz* diftans.



minica proxima ante diem *purificationis* Beate *Marie* Virginis.

28. jan.



LXXXI.

ALS MYN HERRE FORMUNDER WORDEN IST DER APTIE ZU *FULDE* ETC.

Wir *Johan* von gots gnaden etc. bekennen daz uns der Erwirdige in Got und Ersamen her *Johan* Abt zu *Fulde* unser lieber besunder frund *Gise* Dechand unde der convent gemeynlichin des stiffts zu *Fulde* zu irem und des stiffts zu *Fulde* Vormunder unde vorweser und schirmer eintrechtlichin gekorn und gesatzt han nach jnhalte und lute solicher brieff die sie uns daruber geben han, die von worte zu worte hernach geschriben sten und also luden, Wir *Johann* von gots gnaden Abt *Gyso* Dechand unde des Convent gemynlich des stiffts zu *Fulde* bekennen fur uns unser nachkommen, etc. daz wir eynmutlichen mit wolberadem mude und mit zytlichem furraden unser frunde und herren, alle des stiffts erbern mannen unde getruwen angesehen haben sunderliche heymlichkeyt und fruntschafft, die der stifft zu *Mentze* unde der stifft zu *Fulde* vor viele jaren und vor langem zyten under einander gehabt unde herbracht haben und uns eintrechtlich duncket, und uns nit bessers versten, das uns unde den stifft

zu

